



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Sectio Secunda. De Sacramentorum Institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)

non est aliud, quam realis & physica habitudo unius ad alterum, scientia autem cognitio certa & evidens, acquisita per discursum ex causa proxima & adaequata. Et dubitare aliquis potest, quin habitudo univocè dividatur in paternitatem, similitudinem &c. cognitio in cognitionem substantiæ, accidentis &c. sicut substantia dividitur univocè in corpoream & incorpoream, animal in hominem & brutum?

Quia Sacramentum non dicit rationem causa ut sic, sed essentialiter est signum & causa gratiæ.

Hæc itaque Sacramenta se habent, sicut homo verus & homo pictus.

22. Vetera itamen Sacramenta propriè ita vocantur eo quod sanctitas umbratica conveniens

Porro Sacramentum non dicit rationem causa ut sic, sed essentialiter est signum & causa gratiæ. Sicuti ergo ipsa gratia nullatenus est univoca respectu gratiæ sanctificantis & gratiæ legalis; ita neque Sacramentum ut sic univocè dividitur in Sacramentum novum & antiquum.

Enimvero hæc Sacramenta non se habent sicut Deus & creatura, substantia & accidens; sed potius sicut risus hominis & risus plantæ, pes hominis & pes montis, homo verus & homo pictus: sanctitas quippe legalis solum erat figura & umbra veræ sanctitatis.

Equidem (& hæc fit probatio secundæ partis conclusionis) quoniam illa sanctitas umbratica erat conveniens & solum debita illi statui; idcirco Sacramenta veteris legis absque ulla metaphora vel improprietate sermonis, sine addito simpliciter vocantur Sacramenta tum ab Eugenio IV. in Con-

cil. Florent. tum ab alijs Patribus ac Concilijs.

Prout etiam iuramentum, mysterium, sicut quodlibet signum rei sacræ & omnia alia, pro quibus aliquando à Scriptoribus tum profanis tum Ecclesiasticis vox Sacramentum usurpatur, absque improprietate sermonis, simpliciter & sine addito Sacramenta dicuntur; quis tamen propterea dixerit illa omnia univocè convenire in ratione Sacramenti, in ratione signi & in ratione gratiæ?

Cæterum quoties ejusdem vocis plura sunt significata univocè inter se non convenientia, unum principalius, alterum minus principale, dicunt communiter Philosophi ejusmodi appellationem alteri significato non propriè convenire, non quod velint aliquam subesse grammaticalem sermonis improprietatem; sed quod eam significationem vocent propriam & veram, quæ dignior est. Atque ita impræsentiarum dici possit solum Sacramentum novæ legis propriè & verè dici Sacramentum, quia significatum principalius & dignius.

Pergis contendere de voce? Non ago pugniciter, voca ly Sacramentum univocum, æquivocum, analogum, parum curo, dummodò in re consentias.

Queris, quis sit hujus rei institutor? Pro responsione erit

& solum illi statui debita fuerit

Sicut & quodlibet signum rei sacræ Sacramentum dicitur.

Nec obstat communis Philo- phorum locutio.

SECTIO SECUNDA.

De Sacramentorum Institutione.

1. Sacramenta tam nova, quam vetera fuerunt signa ad placitum. Secus.

Obijcitur Augustinus.

SUPPONO ex communi sententia omnia Sacramenta tam vetera, quam nova, fuisse signa ad placitum instituta; nec ex natura sua habere quod practicè significant gratiam: nam (ut bene Doctor Subtilis 4. dist. 1. q. 3. n. 3.) Tale signum (scilicet efficax gratiæ) non potest esse aliquid sensibile significans naturaliter, quia nullum sensibile habet efficaciam naturalem ad effectum invisibilem. Intellige defectò. An autem repugnet tale sensibile, quis nobis edisseret? difficulter repugnantiam ostendes.

Porro contra communem sententiam opponi solet locus D. Aug. Epistola 23. ad Bonifacium, ibi: Si enim Sacramenta quamdam similitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non essent; atqui omnis similitudo naturaliter representat rem, cujus est similitudo; ergo &c.

Respondeo primò D. Aug. per similitudinem non aliud intendere, quam quòd omnia Sacramenta necessariò habeant vim representandi seu significandi, sive vis illa seu similitudo sit physica, sive moralis: ut autem aliqua similitudo naturaliter representet, debet esse physica & perfecta. Ablutio quidem corporis in Baptismo v. g. est quædam physica similitudo abluitionis animæ à peccatis, sed nimis imperfecta: unde etiam non representat ijs, qui Christianâ religione imbuti non sunt. Et sanè non video quam majorem proportionem habeat contractus Matrimonij ad significandam gratiam, quam reliqui contractus humani; nam materia ejus & forma ex se indicant merum contractum humanum.

Meliùs ergo responderetur Aug. loco citato non loqui de similitudine inter signa Sacramentalia & effectus illorum, sed comparare Sacramentum ut Sacramentum est,

sed responderetur primò solum intendere quòd Sacramenta necessariò habeant vim representandi, sive physicam, sive moralem.

2. Responderetur secundò, Augustinum comparare Sacramentum est, sacramentum

Sect. 2. De Sacramentorum Institutione. 15

ut Sacramentum est cum suo effectu. Quod ex eodem Augustino colligitur.

est, cum suo effectu. Colligo ex sequentibus: Sicut (inquit) secundum quendam modum Sacramentum Corporis Christi, Corpus Christi est; Sacramentum Sanguinis Christi, Sanguis Christi est; ita Sacramentum fidei (hoc est Baptismus) fides est: scilicet per representationem; quia significat & caulat fidem; sicut quilibet die dominicâ dicimus: Hâc die resurrexit Dominus, scilicet repræsentativè, quod exemplum adfert ibi Aug. in quo manifestum est non attendi ad similitudinem aliquam, quam hæc dies materialis habet cum resurrectione Christi.

Et esto loquatur D. Aug. de similitudine inter signum Sacramentale & effectum ejus, dico debere intelligi de sola proportionem & aptitudine radicali; non autem de representatione proxima & formali, quam habet ex institutione divina; quæque est formalis & essentialis ratio Sacramenti; Scotus quidem 4. dist. 1. q. 2. n. 7. & 11. relatio rationis; alijs autem ens reale; sed controversia est de significato nominis, quæ parvi momenti est, quando constat de re.

Certum est Scotum non requisivisse ad veram rationem Sacramenti quòd intellectus actu fingat aliquid intrinsicè ipsi signo sensibili; sed tantummodò voluit voluntatem instituentem esse fundamentum sufficiens, ut concipiatur in re, quæ signum est, aliquis respectus intrinsicus, seu virtus interna ad significandum & efficiendum, qualem aliæ causæ habent ad producendos suos effectus.

Hæc autem virtus est, quæ solet definiti, cum illa sola sit quid unum, quale oportet esse definitum propriè dictum. Ceterùm fundamentum illius relationis, etiam in sententia Scoti, est quid reale; unde non est ens rationis merè fictum, sed cum fundamento in re; ita quòd, etsi nullus cogitaret de tali relatione, tale signum nihilominus à parte rei verè esset Sacramentum; quamvis non ut tale verà definitione posset definiti.

Et si quæras, quæ sit ista res? Respondet; ablutio v.g. in Baptismo, cum certa forma verborum &c. & institutio divina, quæ secundum se nequeunt unâ definitione definiti, benè in quantum sunt fundamentum unius relationis rationis: Quia (ut inquit Scotus supra n. 11.) quantumcumq; diversa possunt concurrere in fundamento unius relationis rationis: non enim oportet nisi quòd multa ibi concipiantur, quasi unum in ordine ad aliquod signatum. Hoc patet, quia huius relationis unius, quæ est signare mustum bonum, benè potest esse fundamentum totum istud,

Scotus.

3. Scotus non requisivit quid sit illi ad rationem Sacramenti.

Virtus interna Sacramenti ad significandum solet definiti; cum sit quid unum.

Scotus.

scilicet circulus coopertus folijs hedera in cruce positus &c.

Hanc verò relationem rationis non conlequi fundamentum ex natura rei, dicitur verbis docet Scotus supra n. 7. ibi: Tertio dico quòd in ratione nominis (Sacramenti) prædicta, includitur aliquid, quòd dicitur ens rationis; scilicet hoc, quòd est signum ex institutione: nam ista relatio non consequitur fundamentum ex natura rei; quia est in re sit aptitudo ad signandum effectum signatum, tamen actualis significatio non convenit ipsi nisi per actum imponentis.

Suppono secundò Sacramentorum institutionem post peccatum maxime congruam fuisse ad salutem; pro nullo tamen statu simpliciter necessariam. Ita Scot. 4. dist. 1. q. 3. n. 2. De primo (inquit) dico, quòd Sacramentum debet institui non potest probari necessario, neq; à priori, quia Deus extra se nihil agit necessario neq; à posteriori, sicut à fine quia absolute possibile esset effectum invisibilem haberi sine tali signo. Sed quòd congruum fuerit Sacramentum institui probatur ratione &c. Congruum enim est effectum invisibilem causandum à Deo ordinariem hominem ad salutem significari per aliquod signum sensibile, ut viator inquirens cognitionem ex sensibilibus effectum illum invisibilem certius cognoscat.

Prolequitur: Nec solum congruit esse signum huius effectus quasi specularivum, per quòd scilicet possit haberi conceptus in intellectu de illo signato, ut homo signat naturam humanam sed signum quasi practicum, scilicet quòd signat signatum esse vel fieri. Nec adhuc signum practicum dubium seu æquivocum vel incertum; quia etsi per tale signum duceretur homo in cognitionem fieri huius effectus, non tamen appeteret illud signum sibi adhiberi propter incertitudinem signi respectu fieri signati ergo talem effectum signari per signum practicum certum & efficax fuit congruum, ut & homo ex tali signo effectum cognoscat & in tali signo effectum ardentè quærat.

Aliam ibidem adfert rationem illius congruentiæ ex parte totius communitatis: Congruum est (inquit) omnibus viatoribus unius sectæ, aliquibus signis exterioribus communicare & convenire per quæ etiam ab alijs alterius sectæ distinguantur: nam ex talibus signis noscit homo quis est sua sectæ & quis alterius: hoc autem expedit, quia quòs sciunt se eiusdem sectæ, iuvant se mutuo ad observationem eius; & qui sciunt se à se distincta sectæ, vitant se mutuo tanquam mutuo se impedientes. Tale autem signum unitivum eorum, qui sunt eiusdem sectæ & distinctivum ab alijs, expedit esse practicum respectu alicuius effectus invisibilis.

Scotus.

4. Sacramentorum institutio post peccatum maxime congrua, nunquam tamen fuit necessaria, Scotus.

Institutio nominis congruam docet Scotus.

Videlicet signi certum & practicum.

Interdum dicitur quòd talia signa sunt necessaria ad salutem, sed hoc non est verum, quia Deus potest salvari homines sine talibus signis.

invisibilis pertinentis ad observationem secta.

Inquitur autem de statu post peccatum.

Quod autem Doctor loquatur de statu post peccatum patet ex n. 7. De tertio (inquit) articulo apparet ex primo, nam pro quocumque statu, in quo est morbus, necessaria est medicina; & pro quocumque statu via (maximè post lapsum) congruum est hominem manu duci ad invisibilia per aliquod sensibile: sed in omni statu via (maximè post lapsum) morbus est in natura: ergo pro omni illo congruum est aliquod institui Sacramentum. His suppositis fit

CONCLUSIO I.

Auctoritas instituendi Sacramenta nequit ullâ potentiam competere puræ creaturæ.

6. Allunde habet signum practicum quod practice significet signatum & aliunde quod sit certum.

Pro clariori intelligentia, Nota primò ex Scoto 4. dist. 1. quest. 3. n. 4. Aliunde signum practicum habere quod significet practice signatum & aliunde quod sit certum signum: quod patet, quia possibile est quandoq; aliquem non veracem uti illo signo: signationem enim habet ex institutione, sed quod sit certum, non habet nisi ex determinatione alicuius causæ cooperantis illi signo ad causandum significatum v. g. si ab aliquo legislatore instituat in politia sua pro signo pacis, tactus manûs vel huiusmodi, etsi ex ista impositione habet istud signum quod practice significet pacem: tamen si alius non verax potest uti isto signo, istud signum non est certum ex impositione legislatoris, sed remanet equivocum; quandoq; scilicet verum, quando habet concomitans signatum, quandoq; falsum: falsus enim utitur isto signo sine signato, sicut uteretur signo speculativo benevolentie sine signato, dicendo, concedo tibi dilectionem meam, habens aliud, scilicet oppositum, in mente.

Nota secundo ex eodem ibidem n. 5. Sacramentum & practice significare effectum practicum causari in illo, cui adhibetur & sic signare, quod est signum certum ut in pluribus, sive regulariter, quantum est ex parte eius.

7. Declaratur assertio ex Scoto, quia non potest dare certitudinem signo practico, nisi in cuius potestate est causare signatum illius signi.

Nunc declaro assertionem ex Doct. Subtili loco supra citato n. 5. Quantum (inquit) ad signationem, possibile esset quod institueretur ab aliqua creatura (Sacramentum) quia sicut posset homo imponere signum speculativum effectus Dei, ut patet de ista oratione, Deus causat gratiam in anima, ita posset imponere signum, quod practice signaret, Deum invisibiliter agere; sed non posset dare illi signo, quod esset regulariter certum: non

enim potest dare certitudinem alicui signo practico, nisi in cuius potestate est posse causare signatum illius signi: solus autem Deus potest se determinare ad causandum effectum sibi proprium: ergo solus Deus potest dare certitudinem signo practico sui effectus. Sic ergo patet, quod à Deo solo potest institui Sacramentum, quantum ad signum certum.

Et infra n. 6. ibi: Quod si hoc (signum certum) est de ratione Sacramenti, ut videtur ex illa particula, efficax, sequitur, quod de ratione eius proprie dicta, est, quod à solo Deo possit institui. Si autem non est de ratione eius &c. Ex quo bene scilicet ante n. 4. Apparet non certo Doctorem hoc tenuisse; quia non est hic clarus; neque hic est in re controversia, sed in voce; quia negantes potestatem instituendi Sacramentum posse communicari, intelligunt per hanc potestatem independentem ab alio quoad executionem. Et hoc sensu conclusio est verissima, neque indiget ullâ probatione.

Certum quoque est, Deum posse puræ creaturæ committere designationem alicuius signi practici, ad cuius præsentiam ipse infallibiliter conferat gratiam. Igitur præsens dubitatio est, an sufficiat talis designatio, ut homo designans proprie dicatur instituire Sacramentum.

Card. Lugo de Sacramentis disp. 7. sect. 2. postquam n. 19. citasset Doct. Subtilem 4. dist. 1. quest. 3. §. De secundo dico, pro sententia negativa: n. 22. sic ait: Scotus dist. 2. q. 1. §. Ex his, innititur potissimum huic argumento, quod si creatura haberet illam potestatem, sequeretur Deum determinari à creatura ad conferendam gratiam, & per consequens Deum esse causam secundam respectu creaturæ in productione illius gratiæ. Quod quidem fundamentum debile est.

Hanc verò debilitatem probat in primis, quia hæc causalitas creaturæ esset solum moralis; & licet esset physica, non argueret Deum esse causam secundam: nunc enim determinatur Deus à voluntate nostra ad concurrendum ad amorem potius, quam ad odium, & tamen Deus est causa prima; quia de ratione causæ primæ est, quod sit universalissima ad omnes effectus; quod sine illâ nulla causa possit operari; quod ipsa det virtutem omnibus ad operandum, quod ipsa applicet omnes causas secundas ad operandum: non tamen quod ipsa determinet omnes; potest enim aliquam causam secundam applicare indifferenter, à qua rursus determinetur concursus

Ex quo ducit id toti Deo comperere:

Restat tamen adverte Scilicet non certo Scutum hoc tenuisse.

Certum est, posse committere creaturæ designationem signi practici, ad cuius præsentiam infallibiliter conferatur gratia.

Malè Scotum à Lugo intellectum esse.

Sect. 2. De Sacrament. Institutione. Concl. 1. 17

concurfus Dei ad hunc potiùs, quàm illum effectum. Ita hic Auctor.

Ostenditur
eo quòd lo-
co citato
non assignet
rationem
conclatio-
nis.

Sed quid mirum si erret in refutando fundamento, qui erravit in assignando? Neque enim Scotus loco ab iplo citato assignat rationem, quare Deus non possit potestatem instituendi Sacramenta communicare puræ creaturæ (quippè illam assignaverat dist. 1. loco à nobis supra commemorato) sed dicit, quòd Sacramenta novæ legis à solo Deo habeant efficaciam tanquàm à causa principali & physica; non quia creatura nequeat Deum determinare ad ullum effectum: sed quia (inquit) solus Deus instituit hæc Sacramenta, & efficacia sacramenti non potest esse ab alia causa inferiore eam instituente: quippè solus Deus determinat se ad effectum causandum sibi proprium (qualis non est amor aut odium) si enim posset ab alio (tanquàm à causa principali & physica) determinari ad agendum, ita non esset causa secunda respectu eius: effectus autem significati per Sacramenta sunt proprii soli Deo. Ita docet Doct. Subulis. Judicet æquus Lector, an refutatio non sit debilior, fundamento refutato.

9.
Examinatur
sententia af-
firmativa,
quam com-
mune affe-
rent Lugo
& conse-
nem modo
loquendi
Theologo-
rum & Pa-
trum,

Restat ut examinemus sententiam affirmativam; quæ in asserit Card. supra n. 24. esse communem & conformem modo loquendi Theologorum & Patrum, quando dicunt simpliciter Christum instituisse omnia Sacramenta novæ Legis: loquuntur enim de Christo ut homine; alioquin non oportebat nominare Christum, sed omnes personas Trinitatis; & constat ex iplo modo loquendi: nam eodem modo tribuunt Christo Sacramentorum institutionem, quo actiones humanas, per quas Sacramenta instituit. Sic enim loquitur Ecclesia de institutione Eucharistiæ in hymno festi Corporis Christi: *Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & tristibus sanguinis poculum, dicens: accipite quod trado vasculum, omnes ex eo bibite. Sic Sacrificium istud instituit, cuius officium committi voluit soli Presbyteris &c.* ubi idem qui protulit illa verba: *Accipite & bibite*; dicitur instituisse Sacrificium & Sacramentum. Certum autem est, quòd illa verba: *Accipite & bibite*, protulit ut homo: imò Sacrificium ut tale debuit ab iplo offerri ut homine; ergo ut homo debuit etiam instituere illud; quia per suam institutionem ordinavit eisdem verbis Apostolos in Sacerdotes, ut ejus vice offerrent, quæ omnia fecit ut homo: ut sic enim est sacerdos in æternum offerens per alios ministros. Ergo si per eadem verba instituit Sacramentum, oportet quòd

Sacramentum instituerit ut homo.

Eodem modo loquitur Trident. sess. 13. c. 1. ibi: *Hoc tam admirabile Sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis viniq; benedictionem, se suumq; ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem, miseris ac perspicuis verbis testatus est.* Et cap. 2. ibi: *Ergo Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit; atqui loquebatur ut homo, discessurus erat ut homo: ergo etiam ut homo Sacramentum instituit.*

Etiã Con-
cilij Triden-
tini.

Probatur ratione: quia ad hoc, ut aliquis simpliciter & absolute dicatur aliquid instituere, non requiritur, quòd nullo modo acceperit potestatem ab alio id faciendi, nec quòd alius saltem in communi non habuerit decretum aliquod circa illam rem: (enimverò S. Franciscus dicitur auctor & institutor suæ regulæ, licet eam Deus dictaverit & Pontifex confirmaverit) sed sufficit, si ipse fuerit primus determinans vel reducens ad executionem, facultatem & potestatem illam, quæ de se erat indifferens, ut haberet vel non haberet effectum. Accedit, quòd Ecclesia dicatur instituisse ceremonias sacramentales, quàmvis id fecerit potestate sibi à Christo datâ, quæ proinde pendet & ducit exordium à primo Christi decreto circa ceremonias. Ita ferè Lugo.

10.
Eandem sen-
tentiam
probat ra-
tione.

Si autem officias singulos homines in lege naturæ potuisse determinare signum justificationis parvulorum. Respondet dupliciter Deum se potuisse habere in delegatione faciendâ: Primò applicando efficaciam signo, quod homo designaverit. Secundò, dando homini potestatem, ut ipse faciat illud signum efficax. Primus modus non sufficit ut homo dicatur instituere Sacramentum: siquidem de facto Sacerdos designat materiam Eucharistiæ v. g. vinum album vel rubrum, eligens unam ex duabus à Christo sub disunctione institutis. Similiter in lege naturæ erant plura signa sub disunctione à Deo ad significandam gratiam imposita: quare qui unam ex illis exercebat, non imponebat illi significationem, sed eligebat eam, quæ jam ex Dei institutione habebat vim significandi. Quod à posteriori constat, quia non posset tunc aliquis apponere illam materiam cum omnibus requisitis & nolle causare gratiam: sicut nec potest nunc aliquis velle facere contractum legitimum Matrimonij & non efficere Sacramentum, saltem probabilius. At verò in secundo casu relinqueretur homini non

Objectioni
in contra-
rium respo-
det, assigna-
do rationem
duplicem,
quæ Deus
potuit se ha-
bere in dele-
gatione hu-
jus potesta-
tis.

C

solum

solùm electio materiæ, sed etiam communicatio efficacis & impositio significationis.

11.
Differen-
tiam autem
illarum ra-
tionum
multis de-
clarat,

Hanc differentiam declarat multis exemplis. Primò Episcopi concedentis potestatem præcipiendi sub excommunicatione, & præcipientis sub excommunicatione, ut Petrus v. g. obediat Paulo. Secundò Confessarij, qui alicui in penitentiam imponeret, ut faciat quod mater designaverit, quæ propterea non dicitur imponere penitentiam. Tertio Domini præcipientis servo, ut faciat quicquid Petrus dixerit; ad hoc autem non oportet quòd Petro det jus ullum super servum. Et ita in præsentia, si Deus imponat significationem & efficaciam illius signi, quod homo elegerit, non instituit homo Sacramenta; si verò det homini potestatem imponendi significationem, tunc homo exercet actum potestatis & instituit ex Dei delegatione: sicut Adam imposuit nomina omnibus creaturis per auctoritatem à Deo acceptam & tribuit illis vim significandi.

Et differen-
tiam ostendit
inter potestatem
datam ad designandam
materiam
& potestatem
imponendi signi-
ficationem.

Porro differt potestas data ad designandam materiam, à potestate imponendi significationem ex concessione Dei, in hoc, quòd designans nullo modo est causa, quòd Deus se obliget ad dandam gratiam; sed est obligatus antecederet: at verò imponens significationem est causa, quòd Deus de novo se obliget ad conferendam gratiam cum hoc signo: hoc autem est dare homini auctoritatem ad instituenda Sacramenta; dare scilicet ei jus & auctoritatem, quâ pro sua voluntate possit obligare seu facere, quòd Deus se obliget ad assistendum infallibiliter cum talibus signis.

Nec sufficit obligatio prior, quâ Deus se jam obligaverat, quando concessit homini auctoritatem instituendi Sacramenta; illa enim fuit obligatio quasi remota, quia proximè non se obligaverat ad dandam gratiam, sed ad obligandum se ad dandam gratiam, positâ hominis voluntate obligandi Deum: atque adeò homo est causa, quòd Deus se obliget ad dandam gratiam. Hæc latius Card. Lugo supra, quæ, quia acuta sunt (ut ait Dicastillo disp. 3. n. 27.) juverit quamplurimum eorum examinatio.

12.
Ratio differen-
tiae, à
Lugone al-
legata, di-
scutitur.

Et primò quidem quid refert sive Deus dicat: *Ego iam me obligo ad conferendam gratiam ad quocumque signum, quod tu elegeris*; sive: *Ego me postea obligabo quando eliges signum*? Hoc quippe nihil

aliud est, quàm: *Ego iam me obligo, quòd postea obligabo me*; quæ multiplicatio obligationum, utpotè ad nihil serviens, non videtur in Deo ascendenda. Quando igitur Deus concessit Christo potestatem talem qualem potuit instituendi Sacramenta, de facto se obligavit ad conferendum infallibiliter gratiam ad quocumque signum, quod Christus elegerit, seu potius instituit designando materiam & formam, nequidem à Deo sub disjunctione, sive indeterminatè antea assignatam.

Ex quo, etiam seclusâ nova obligatione, adhuc manet distinctio inter Sacerdotem v. g. eligentem vinum rubrum & Christum instituentem vinum pro materia consecrationis: quòd enim sit album vel rubrum, planè extrinsecum est rationi Sacramenti; esse autem vinum, essentialem constituit materiam. Quid ergo mirum, si Christus dicatur institutor, secus autem Sacerdos?

Profectò Christum fuisse auctorem & institutorem Sacramentorum novæ Legis, nullus Catholicorum ambigit, ita desinente Trident. sess. 7. can. 1. *si quis dixerit Sacramenta novæ Legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta* &c. At verò Christum instituisse Sacramenta præcisè secundum humanitatem, non lego apud Sanctos Patres vel Concilia Ecclesiæ; neque satis colligitur ex superius allegatis: nam propriè dicitur Christus secundum divinitatem tunc instituisse Sacramentum v. g. Eucharistiæ, quando disertis verbis post panis, viniq; benedictionem testatus est se suum ipsius corpus ac sanguinem illis præbere: quemadmodum bene dicitur Deus dedisse legem populo Israëlítico, quando per Moysen illam promulgavit; tunc quippe & non antea, voluntas Dei Israëllem obligabat. Similiter quàmvis ab æterno voluerit signis Sacramentalibus annectere infallibilem efficaciam gratiæ, tamen non nisi pro tempore, in quo per Christum Jesum, qui simul erat homo & Deus, ejusmodi signa per actionem humanam determinarentur.

Inferet fortè aliquis: Ergo sicut Moyses non fuit legislator, sed solùm promulgator; ita Christus non erit institutor, sed solùm promulgator Sacramentorum. Respondeo negando consequentiam. Disparitatem assigno, quòd in Christo fuerit natura divina, quæ signis ab humanitate determinatis poterat, & de facto annectebat efficaciam gratiæ. Verissimè itaque dixit S. Ambros.

Et dispari-
tas aliquo-
rum ab ipso
non perpe-
ta salvatur.

13.

Trident.

Christum
instituisse
Sacramenta
præcisè se-
cundum hu-
manitatem,
ex allegatis
à Lugone
non colligi-
tur.

14.

Objectioni
quod Chris-
tus alius so-
lum erit
promulga-
tor Sacra-
mentorum,
occurritur
primò.

S. Ambros.

S. Ambros. Auctor Sacramentorum quis est nisi Dominus Iesus, quia homo designans materiam & formam essentialem & quia Deus tribuens effectum gratiae? Ex quo patet, quare potius Christus dicatur auctor Sacramentorum, quam tota Trinitas; quamvis & haec posset dici auctor, ut concedit Lugo supra n. 25.

Occurrit secundo.

Adde, quod in humanitate Christi fuerit dignitas aliqua excellentiae (ut vocant) respectu Sacramentorum, quae non erat in Moyse respectu legis veteris; neque esset in homine, cui committeretur à Deo designatio materiae & formae, etiam essentialis; quia Christus de condigno meruit, ut & Deus ipsi hoc officium imponeret, & invocatione nominis eius gratia in Sacramentis daretur.

15.

Ad Sacrificium ex natura vel institutione diuina non requiritur.

Hinc licet Christus quia homo instituit sacrificium, non tamen Sacramentum.

Qualiter de institutione utriusque equaliter loquitur Ecclesia, demonstratur.

Auctoritativa gratiae promissio, quae est solli Deo propria, in institutione Sacramenti inuoluitur. Et hinc ad quaedam argumenta Lugo nis respondetur.

creaturis: pura autem creatura Sacramentum nec potuit, nec unquam poterit proprie institueri.

Dices: Productio physica gratiae non est ita propria Deo, quin eam communicare posset creaturae: nam si quidpiam obflaret, esset supernaturalitas gratiae; atqui illa non obstat, ergo &c. Minor, quae sola potest negari, probatur: quia de facto creatura producit actum supernaturalem, v. g. intellectus actum fidei & voluntas actum spei ac charitatis; quid ni etiam possit producere habitum? Respondeo: quia hoc est hoc & illud est illud; id est, quia habitus supernaturalis dicitur, qui à solo Deo potest infundi; actus vero supernaturalis, qui non potest produci à causa secunda nisi communicetur ipsi aliquod conprincipium physicum supernaturale.

16. Obiectio, quod physica productio gratiae communicari possit creaturae.

Soluitur.

Enimvero omnis actus vitalis intrinsecum & essentialem dicit ordinem ad potentiam vitalem tanquam principium suum efficiens connaturale. Quid ergo miramur, si intellectus & voluntas habeant virtutem inchoatam ad producendos actus supernaturales? At vero habitus supernaturalis, qui se habet instar potentiae, quoniam dat simpliciter esse; quo fundamento dicitur effici posse vel à potentia naturali, vel ab actu supernaturali?

Quia (inquis) per potentiam obedientialem potest quilibet quodlibet producere. Credat qui volet; ego meam fidem fidei huius commentum numquam obstringam.

Finio hanc conclusionem verbis D. Augusti. Tract. 3. in Joannem. Tale Baptisma Domini, qualis Dominus: ergo Baptisma Domini diuinum, quia Dominus Deus. Potuit autem Dominus noster Iesus Christus, si vellet, dare potestatem alicui seruo suo, ut daret Baptismum suum tanquam vice sua, & transferret à se baptizandi potestatem & constitueret in aliquo seruo suo, & tantam vim daret Baptismo translati in seruum, quantum vim haberet Baptismus datus à Domino: sed noluit. Ideo (teste S. Doct. ibidem) ut in illo spes esset baptizandorum, à quo se baptizatos agnoscerent. Noluit ergo seruum ponere spem in seruo. Quod D. Aug. de Baptismo, eadem ratione & congruentia asserimus de omnibus Sacramentis novae Legis, putà

S. Augusti.

CONCLUSIO II.

Omnia Sacramenta novæ Legis immediatè instituit ipse Christus.

17. **C**ongruum fuisse institui Sacramenta in nova Lege, idque perfectissima, docet Scotus 4. dist. 2. q. 1. n. 2. quia est cæteris perfectior; quia in profectu posterior; & quia ejus causa meritoria est perfectissima, scilicet Christus complens cursum suum & exhibens pretium.

Rogas Doctorem, quis sit eorum institutor? Respondet citius n. 4. Omnia instituta sunt à Christo, vel à Deo pro tempore istius legis. Quod breviter (inquit) ostendo hic, quia de singulis in locis eorum proprijs plenius apparebit. De Baptismo patet: quia fuit institutus à Christo vivente, quia discipuli baptizabant, ut Ioan. 3. & præceptum fuit ut publicè predicaretur. Matth. ultim. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos &c. De Eucharistia patet eius prædicatio diffusa Ioan. 6. sed institutio in cœna Matth. 26. De Confirmatione patet institutio, Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum &c. vel in die Pentecostes Actuum 2.

De Pœnitentia dicitur, quod est instituta Jacobi 5. Confitemini alterutrum &c. sed hoc non videtur probabile ex processu litteræ, quia statim sequitur: Orate pro invicem, &c. Manifestum est enim, quod per illud sequens non intendebat aliquod sacramentum instituere, nec promulgare: nec etiam erat apud Iacobum auctoritas instituendi aliquod sacramentum, sicut post tangetur in ratione ponenda ad istam conclusionem. Melius ergo est, ut dicatur institutum fuisse Ioan. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et promissum Matth. 16. Tibi dabo claves regni cælorum, quodcumque ligaveris, &c. Ista enim potestas non erat principaliter dimittendi peccata, quod est Dei proprium: sed arbitrari de dimissione peccati, arbitrio approbato à Deo; sic autem arbitrari est in foro Pœnitentiæ solvere vel ligare.

De Extrema Vnctione dicitur Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, &c. sed licet ibi promulgaverit illud sacramentum: est melius dicere, quod fuerit institutum à Christo. Legimus enim Marci 6. quod Apostoli ungebant oleo multos infirmos & sanabantur: constat, quod hoc non fecerunt, nisi in virtute Christi, qui instituerat illam unctionem virtuosam.

De Matrimonio apparet Matth. 19. Non legistis (ait Christus) quia masculum & feminam fecit eos, supple Deus, & dixit, supple per os Adæ: Quamobrem relinquet homo, &c. ubi Christus approbat & ratificat id, quod Deus in statu innocentia per os Adæ publicavit.

De Ordine Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem. Et Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. Hac enim duo pertinent ad ordinem sacerdotalem, scilicet potestas respectu corporis Christi veri & potestas respectu corporis Christi mystici, ut dicitur in materia de Ordine.

Quod autem hac omnia à solo Deo fuerint instituta, patet per illud, quod tactum est in generali de institutione Sacramenti: nulli enim competit signum instituere practicum, nisi vel respectu alicuius actus sui proprii, vel respectu alicuius, qui subest sibi, quantum ad illum actum; Sacramentum autem est signum practicum respectu effectus Dei proprie, & Deus non potest in actu sibi proprio, alicui alij subesse: ergo, &c. Hactenus Scotus.

Profectò ipsum Christum instituisse omnia Sacramenta novæ Legis definit Concil. Tridentinum sessione 7. de Sacramentis in genere canone 1. hisce disertissimis verbis: Si quis dixerit, Sacramenta novæ Legis non fuisse omnia à Iesu Christo, Domino nostro, instituta; &c. anathema sit.

Sed numquid ideo conclusio nostra est fidei? Nemo hodiè ambigit eam esse theologice certam: equidem sunt, qui non audent asserere certitudinem fidei, eo quod in Concilio Tridentino non inventiatur illa particula, immediatè. Verùm eam subintelligi manifestum fit ex eodem Concilio sessione 14. canone 1. Si quis dixerit Extremam Vnctionem non esse verè & propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutum & à B. Iacobo Apostolo promulgatum &c. anathema sit. Ubi Concilium promulgationem tribuit Apostolo, negat institutionem, utique immediatam de qua dubitabatur maximè, eamque tribuit Christo.

Confirmatur: quia Concilium nunquam dixit Christum instituisse caremonias Ecclesiasticas, quas tamen Ecclesia per potestatem à Christo acceptam instituit. Undè etiam Ecclesia agnoscit in se potestatem circa ritus vel caremonias, non circa substantiam Sacramentorum. Trident. sess. 21. cap. 2. Præterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantiâ, ea statueret vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum ac locorum

Omnia novæ Legis Sacramenta à Christo instituta esse, docet Tridentinum,

Particulam, immo dicit, ibi necessario subintelligendam, probatur ex eodem Concilio.

18. Confirmatur.

Trident.

locorum varietate magis expedire indicaret.

Quod probat ex Apostolo 1. Cor. 4. v. 1. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum*, hoc est, Sacramentorum, Dei. Ergo haec immediate à Christo instituta sunt; eadem alioquin potestate, quâ Ecclesia instituit, posset & haec ipsa mutare; quae tamen mutatio minus congruit stabilitati & firmæ unitati fidei Catholicae; Sacramenta siquidem sunt columnæ septem, quas sibi increata sapientia excidit, quibus innititur tota Ecclesiae structura. Plures congruentias huius immediatæ institutionis vide apud Card. Lugo disp. 7. sect. 1. n. 7. Nihilominus pro mediata institutione aliquorum Sacramentorum, quam Emin. supra n. 2. dicit non videri displicuisse D. Bonaventuræ 4. dist. 7. q. 1. & dist. 23. art. 2. q. 2.

torum, quandoquidem omnia in sacris litteris commendentur, licet aliquorum institutio non omnino clarè ponatur. Neque illa verba: *& si quid aliud*, dubitativa sunt, sed assertiva communi modo loquendi. Ita Petrus Matth. 14. v. 28. *Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas*: ac si diceret: *quia tu es Dominus, iube &c.*

Respondeo secundò D. Aug. per *ly si quid aliud*, intelligere alia præcepta, quae in scripturis habentur, ut præceptum confessionis Joannis 20. v. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Præceptum confessionis antè Communionem illis verbis Pauli 1. Cor. 11. v. 28. *Probet autem se ipsum homo &c.* Præceptum insuper indissolubilitatis Matrimonij Matth. 19. v. 6. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Circa alia verò Sacramenta Christus nihil præcepit.

Colligo: quia Aug. eo loco vult ostendere suavitatem legis Euangelicæ, in qua Christus sublatis gravissimis præceptis legis antiquæ, paucissima & suavissima imposuit, scilicet Baptismi, Eucharistiæ & si quid aliud &c. Alia autem præcepta universalis Ecclesiastica sunt; *Sicuti* (inquit) *quod Domini passio & resurrectio & ascensio in caelum & adventus de celo Spiritus Sancti, anniversaria solemnitate celebrantur.*

Objicitur tertio auctor sermonis de abluione pedum nomine Cypriani (non tamen est Cypriani, ut notat Lugo supra n. 15. adeoque parùm curandus) ibi: *Ipse summus Sacerdos sui est Sacramenti institutor & auctor, in ceteris homines Spiritum Sanctum habuere doctorem.* Respondeo in ceteris, id est, in caeremonijs, vel alijs præceptis divinis, quae instinctu Spiritus Sancti magis explicitè Apostoli proposuerunt: indubitatum quippe est apud omnes Catholicos, imò etiam hæreticos, baptismum esse à Christo institutum.

Porro quod attinet sententiam D. Bonaventuræ 6. parte Breviloquij cap. 4. sic inquit Doctor Seraphicus: *Hoc tenendum est, quod septem Sacramenta legis gratia Christus instituit tanquam novi testamenti mediator & præcipuus lator legis, in qua vocavit ad promissa eterna, dedit præcepta divergentia & instituit Sacramenta significantia.* Et infra: *Instituit autem prædicta Sacramenta diversimode. Quaedam scilicet ex eis confirmando, approbando & consummando, ut Matrimonium & Penitentiam. Quaedam autem instituendo & initiando, ut Confirmationem &*

Apost. 1. cor. 4.

19. Locus Augustini Objicitur.

2. solvitur.

Conformiter ad verba sequentia.

20. Obiectio secunda ex eodem.

Solvitur primo.

Matth. 14.

Solvitur secundò.

1. cor. 20.

Apost. 1. cor. 11.

Matth. 19.

Et ex ipso Augustino colligitur.

21. Obiectio tertia ex Cypriano (si illius sit) solvitur.

22. Sensus divi Bonaventuræ in hac materia expenditur; & ex ipsis verbis colligitur sententia affirmativa.

Unctionem extremam Quadam vero iniciando & consummando & in semetipso suscipiendo, ut Sacramentum Baptismi, Eucharistia & Ordinis.

Quæ secundam appa-
rentiam 4.
dist. 7. q. 1.
habet con-
traria ad
verum sen-
sum redu-
cuntur.

Quando ergo 4. dist. 7. q. 1. dicitur Illud Sacramentum (Confirmationis) Christus nec dispensavit, nec instituit; intellige, per se consecrando ejus materiam & utendo formam, quamvis illa infinuaverit: nam loquens de materia quæst. 2. Christus (inquit) non instituit, nec vim ei dederat, secundum quod ipse contactu mundissima carnis dederat aquis, ut ipse conficiendo corpus suum instituit elementum sive materiam Eucharistia, ut panem & vinum. De forma autem ait: Formam Confirmationis non legitur Christus instituisse; immo pueris tantum manum imposuisse. Et infra: Ipse tamen formam illam non fuit usus imponendo manus pueris.

Contra: dicit, nec Apostolis formam reliquisse. Respondeo, quia necessario uterentur pro tunc, sed videtur dispensasse secundum, multorum opinionem ut Sacramentum tempore Apostolorum sola manuum impositione conferretur; sicut multi docent Christum dispensasse, ut initio Ecclesie fideles baptizarentur in nomine Christi tantum.

Simili modo benignus interpres facile exponet quod idem Sanctus docet de Extrema Unctione 4. dist. 23. art. 2. q. 2. ibi: Probabilius alij dicunt & Magister videtur hoc sentire, imò aperte dicit, quod Spiritus Sanctus per Apostolos hoc Sacramentum instituit; ergo, Christus non instituit.

Respondeo: per se exhibendo, concedo; non instituit insinuando, nego: nam infra dicit: Ideo hæc duo Sacramenta (Confirmationis & Extremæ Unctionis) à Christo fuerunt insinuata, sed post à Spiritu Sancto instituta. Nec sunt duo legistatores Christus & Spiritus eius.

Contra: Dicit Apostolos potuisse instituire, quod Christus insinuavit; sicut formam Baptismi à Christo institutam & confirmatam, Spiritu Sancto dictante ad tempus mutaverunt. Respondeo: quemadmodum Apostoli non mutaverunt formam Baptismi auctoritative, sed solum promulgarunt dispensationem Christi seu Spiritus Sancti; ita etiam instituerunt materiam & formam Extremæ Unctionis & Confirmationis.

Deducitur ex illis, quæ ibidem subiicit Seraphicus Doctor: Ad aliud quod obijciatur, quod per semetipsum, dicendum, quod ipse immediate loquebatur Moysi & post Moyses præcipiebat populo, sicut nuntius Dei & minister. Sic Spiritus Sanctus Apostolis & ipsi ut

ministri populis exponebant. Vnde Sacramentorum institutionem non attribuimus nisi Deo, vel per Filium, vel per Spiritum Sanctum. Nec credendum est quemquam Apostolorum hoc per se instituisse, sed totum collegium. Sed Iacobus promulgavit, sicut sententiam tulit de observantia legalium Act. 15. & per hoc patet sequens, quod sicut Deus operatur principaliter, & sacerdos ut minister; sic institutio Sacramentorum respicit Deum ut auctorem & Apostolos respicit ut ministros in promulgando. Huc usque Bonaventura: adeoque benigni non sunt, qui eum passim quasi Tridentino materialiter in hoc contradicentem allegant.

Ex dictis hæc sectione inferitur, quid sit dicendum de Sacramentis legis naturæ & legis veteris, maxime si quæ fuerint efficacia gratiæ sanctificantis ex opere operato, videlicet non potuisse institui nisi à Deo, vel saltem ex potestate à Deo concessa. Quin imò non legitur de facto ullum fuisse institutum ab homine. An autem Deus aliqua instituerit, quæ & qualia, sive pro statu innocentie, sive pro statu legis naturæ aut Mosaicæ, controversatur inter Doctores: pro quo pono sequentes conclusiones.

CONCLUSIO III.

Pro statu Innocentiæ nullum fuit institutum Sacramentum; neque eo perseverante probabilius fuisset institutum ex illis, quæ de facto sunt vel fuerunt.

Prima pars est communis, pro qua citatur Scotus 4. dist. 1. q. 3. §. de tertio articulo. n. 7. ibi: Pro statu etiam innocentie non fuit congruum institui Sacramentum sicut post lapsum: quia est tunc homo ex sensibilibus potuerit cognoscere intelligibilia: tamen nullum sensibile fuit necessarium tanquam conferens ad salutem, removendo aliquod impedimentum salutis, ut scilicet posset dici proprie medicina.

Quæ verba si penitus introspectantur, non negant congruitatem omnium Sacramenti, sed illius solummodo quod proprie dici posset medicina; hæc quippe supponit culpam sive morbum, ut eodem numero docet Doctor. ibi: Pro quocumque statu in quo est morbus, necessaria est medicina. Status autem innocentie excludit morbum

Sicut & quæ
habet dist.
23. art. 2.
q. 2.

ut ex
ibidem sub-
iectis dedu-
citur.

ut ex
ibidem sub-
iectis dedu-
citur.

ut ex
ibidem sub-
iectis dedu-
citur.

23.

24.

Non negat
vit Scotus
pro illo sta-
tu congrui-
tatem om-
nis Sacra-
menti; sed
solum solum
quod proprie
dici medici-
cina:

Licet & de congruente potestatis videatur. Nec immerito.

bum sive culpam; quàmvis & de hoc ipso videatur Scotus dubitare, dum ibidem subiungit: *Sed in omni statu via* (maximè post lapsum) *morbis est in natura.*

Nec immerito; quia Adamo non peccante perseverasset status innocentiae; & tamen Eva jam mortaliter peccaverat, & secundùm multorum sententiam posteri Adami potuissent peccare. Quia verò Deus praevidit statum innocentiae tam brevi tempore duraturum, noluit pro peccato Evae aliquod Sacramentum medicinale instituire; neque in Scriptura aut SS. Patribus exstat sufficiens fundamentum asserendi aliquod aliud fuisse institutum. Atque haec sit probatio conclusionis pro prima parte.

25. Contra: Matrimonium inter Adam & Evam significavit Christum & ejus unionem cum Ecclesia juxta illud Apostoli ad Ephes. 5. v. 32. *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Respondeo: sola ratio signi non absolvit essentiam Sacramenti. Quid ergo? Ratio signi & causae, ut patet ex definitionibus ejus sect. 1. assignatis: non est autem verosimile tunc per Matrimonium fuisse collatam gratiam sanctificantem ex opere operato: quippe secundùm D. Tho. solum fuit institutum ad usum naturae.

Et sanè Adam & Eva creati erant in gratia habituali & cum perfecta cognitione & scientia rerum naturalium: non ergo sine urgenti ratione asseri debet maximum opus gratiae, praesertim accedente levitate oneris matrimonialis pro tali statu, etsi perdurasset.

Quod confirmatur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. unico de Sacramento Matrimonij ibi: *Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus connubijs per Christum gratia praesert; merito inter nova legis Sacramenta annumerandum Sancti Patres nostri, Concilia & universalis Ecclesia traditio semper docuerunt.* Et can. 1. *Si quis dixerit Matrimonium non esse verè ac propriè unum ex septem legis Evangelicae sacramentis à Christo Domino institutum &c. anathema sit.* Ergo ante Evangelium non fuit Sacramentum propriè dictum, sed contractus merè civilis; quem in latiori significatione vocavit Apostolus Sacramentum, id est, mysterium sive signum rei sacrae.

Fortassis etiam Apostolus locutus fuit de Matrimonio novae legis, ut proprio loco videbimus. Cæterum bene notat Suarez disp. 3. sect. 3. illud conjugium non ita significasse Adamo Incarnationem, quàm eum ex scientia Incarnatione,

nis ante habitam sub velamine rei sensibilis, mysterium futurum praedixisse.

Pro secunda parte conclusionis, suppono Primò omnia Sacramenta novae legis decreta fuisse post praevisionem peccati; quod inde constat, quia totam suam vim & efficaciam habent ex meritis passionis Christi: *Meritoria* namque causa justificationis (inquit Trident. sess. 6. cap. 7.) *dilectissimus unigenitus suus, Dominus noster Iesus Christus; qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem quâ dilexit nos, suâ sanctissimâ passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit.* Et infra: *Quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum Sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui iustificantur. Iustificantur* (inquam) *per Sacramentum Baptismi, de quo ibidem pronuntiat: Instrumentalis, causa justificationis, Sacramentum Baptismi, quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contigit iustificatio.* Atque hic est communis sensus Patrum & Ecclesiae, videlicet passionem Christi non esse decretam nisi in remedium peccati; Sacramenta verò, ut per ea tanquam instrumenta passio Christi hominibus applicaretur.

Suppono secundò perseverante statu innocentiae, paucos ob integritatem naturae fuisse mortaliter peccaturos. Inter eos autem nemo perseverasset usque ad mortem in peccato mortali; quia (ut docet Scotus 2. dist. 20. q. 2. n. 2.) in eo statu soli illi fuissent nati, qui nunc sunt electi.

Porro quod quidam dicunt, quòd sicuti Adam peccando amisit iustitiam pro se & posteris; ita etiam retinisset non peccando; negat Scot. ibidem q. 1. eo quòd filius non recepisset majorem gratiam, quàm pater; adeoque non fuisset natus confirmatus in gratia; sed sicut pater, teste D. Anselmo lib. 1. Cur Deus homo cap. 18. si sic vixisset ut primò tentatus non succubisset, accepturus erat donum confirmationis in gratia; ita ejus posteritum demum fuissent in gratia confirmati, cum primam tentationem superassent. Neque Adam iustitiam ipsam seu gratiam habitualement transfudisset in posteros, seu meruisset illis; sed, utpote donum supernaturale, ex mera Dei liberalitate datum fuisset proli, sicut & datum fuit parenti. Vide Scotum supra n. 3.

Suppono terciò ex tractatu de Incarnatione,

26. Supponitur primò omnia Sacramenta novae legis decreta fuisse post praevisionem peccati. quod & probatur Trident.

27. Supponitur secundo, perseverante statu innocentiae paucos fuisse mortaliter peccaturos. Inter eos autem nullus fuit peccato peccaturo. Quod Adā pro posteris si non peccasset, retinisset iustitiam. Scotus negatur. D. Anselmus.

28.

Apst. ad Eph. 5. Matrimonium inter Adam & Evam non fuit Sacramentum, cum non haberet rationem causa.

Quod confirmatur ex Trident.

Apostolus vocavit Sacramentum id est, signum rei sacrae. Fortè etiam locutus fuit de matrimonio novae legis. Suarez.

Supponitur tertio, Christum, non peccante Adamo, equidem fuisse venturum.

Conclusio quoad Sacramenta vetera, videtur certa.

Sicut etiam quoad Sacramenta & Sacrificium Legis novae instituta ex merito Christi passibilis &c.

29. Quæritur itaque, an instituta fuissent ob merita Christi impassibilis &c. Possibilitas non negatur; Sed actualis existentiâ.

Congruum fuit, aliquod tunc futurum, fuisse Sacrificium.

Quale autem fuisset, est incertum.

Neque pro tali Sacrificio institui debuisset Sacramentum Ordinis.

natione, Adamo non peccante Christum nihilominus fuisse venturum. Hæc est sententia Scoti 3. dist. 7. q. 3. n. 3. ibi: Ergo à primo, prius vult anima Christi gloriam, quam prævideat Adam casurum. His suppositis

De veteribus Sacramentis conclusio videtur certa; si enim ob perfectionem status Evangelici modò abolita sint, quia imperfectiora erant; multò minùs debebant perfectionem status innocentie. Confirmatur: quia vetera Sacramenta & Sacrificia erant umbræ nostrorum: vel ergo nostra tunc non fuissent futura, adeoque non oportebat nec congruebat figuras eorum præmitti; vel fuissent, & nec tunc convenienter simul instituta fuissent figura cum rebus figuratis.

Quantum ad Sacramenta & Sacrificium novæ legis; extra dubium est non fuisse instituenda ex merito & propter gloriam Christi passibilis, neque in remedium peccati originalis, sive deletivum, sive præservativum, occurrendo scilicet corruptioni naturæ per illud peccatum inductæ.

Igitur sola controversia est, an eadem vel similia ob merita & gloriam Christi impassibilis, ac in remedium peccatorum actualium fuerint simul decreta cum Incarnatione Christi ante prævisionem peccati originalis? Et quidem possibilitas hujus decreti à nemine hæcenus negatur. Porro actualis existentiâ cum pendeat à libera voluntate Dei, neque in Scriptura aut SS. Patribus expressa sit, quis eam convincet?

Congruum fati apparet, quòd fuisset aliquis usus Sacrificij; cum enim in eo statu maxime viguisset Religio vera, non videtur quòd defuisset principalis & primarius ejus actus, qui est Sacrificium: tantam quippe ratus est Apostolus esse Religionis cum Sacrificio connexionem, ut ad Hebr. 7. ex definitione Sacerdotij seu Sacrificij Aaronici, intulerit defuisse veterem Religionem seu legem: *Translatio* (inquiens v. 12.) *Sacerdotio necesse est ut & legis translatio fiat.*

Quale autem fuisset, quis consiliarius Dei fuit? Saltem non Sacrificium hodiernum, utpote essentialiter rememorative mortis Christi; per illud enim quantum est ex vi verborum ponuntur separatim corpus & sanguis Christi sub diversis speciebus. Neque pro tali Sacrificio institui debuisset Sacramentum Ordinis; sicut nec fuit institutum pro Sacrificio legis naturæ; potuissent enim ali-

qui Sacerdotes sine Sacramento institui, vel Dei vel populi publicâ auctoritate, sicut factum fuit apud Ethnicos.

Præterea in illo Sacrificio non necessario debuisset includi aliquod Sacramentum, quemadmodum in hodierno Sacrificio includitur. Res est clarissima; quia Sacrificium essentialiter non est aliud quàm signum externum protestativum summæ Dei excellentiæ ac potestatis in vitam & mortem. Quæ autem necessaria connexio hujus signi cum ratione Sacramenti? Et aliunde per Sacrificium, quod non fuisset Sacramentum, potuissent facile homines in unam Religionem convenire.

Denique de facto fuit Matrimonium in statu innocentie: equidem haudquam Sacramentum, ut statim diximus. Unde ergo colligemus, quòd Sacrificium & Sacerdotium illius status fuissent Sacramenta? Certè non est major ratio de uno, quàm de alio.

Dices: licet Matrimonium à principio non fuerit Sacramentum, verumtamen factum est Sacramentum post adventum Christi passibilis: ergo similiter Christus impassibilis post suum adventum illud elevallet ad dignitatem Sacramenti. Quodni & alia signa gratiæ efficaciac instituisse? Nam & tunc fuisset caput hominum, & per consequens debuisset in illos spiritaliter influere; habuissent quoque ejus merita valorem & condignitatem infinitam. Sicut ergo de facto in præmium meritorum Christi passibilis instituta sunt Sacramenta; cur non similiter instituta fuissent aliqua Sacramenta in præmium meritorum Christi impassibilis?

Accedit, quòd etiam fuissent peccata actualia, ut patet ex secundo supposito; quòdque remedium peccati sive præservativum, sive sublevativum non sit totale motivum institutionis Sacramentorum novæ legis; sed etiam ostenso divinæ charitatis erga hominem, sui ipsius corporalis conjunctio nobiscum, juxta illud Proverb. 8. v. 31. *Delicia mea esse cum filiis hominum;* nec non perfecta & excellens sanctitas ac abundantia gratiæ, ipsâ veritate attestante Joannis 10. v. 10. *Ego veni ut vitam habeant & abundantius habeant.*

Quare (inquit Card. Lugo disp. 3. sect. 1. n. 18. in fine) verisimile fit, quòd veniente Christo in illo statu adhuc institueretur Eucharistiæ Sacramentum, licet non esset rememorativum passionis dominicæ; & consequenter Sacramentum Ordinis, quo homines disponderentur ad dignius

30. Non debuisset etiam in illo Sacrificio includi aliquod Sacramentum.

Sicut de facto Matrimonium in illo statu nec Sacramentum fuit.

Opponitur, quòd factum fuisset Sacramentum post adventum Christi impassibilis adeoque & alia signa gratiæ efficaciac fuissent instituenda.

Confirmatur.

Proverb. 8.

Joan. 10.

Unde Lugo verisimile iudicat, adhuc fuisse instituendū Sacramentum Eucharistiæ, Et consequenter Ordinis.

dignius sanctiusque tractandum illud Venerabile Sacramentum; quod idem de alijs Sacramentis posset existimari propter similes rationes.

31. Responde-
tur ramen
solum inde
probari in-
stitutionis
possibilitatem;
non
autem pro-
babiliter in-
ferri actuale
decretum.

Respondeo, rationes allegatas solum probare possibilitatem, non autem probabiliter inferre actuale decretum: siquidem etiam non institutio suas habuit & forte majores rationes solum Deo cognitae. Nam in primis gratiam & gloriam, etiam tunc influeret in homines per contritionem & amorem Dei super omnia, quae totam suam efficaciam habent & habuissent ex meritis Christi.

Adjunge, si placet, gratias actuales, quae tunc multo plures fuissent, modo eas impediende corruptione naturae; caeteraque bona opera ex his procedentia & efficacia gratiae ex opere operantis; & ecce sufficientissimum remedium & facillimum pro pauculis, illo tempore peccato personali forte infectis, naturae nec corruptae; nec ad sensibilia radicaliter inclinata; propter quam corruptionem & inclinationem conveniens maxime fuit in lege gratiae, alijs remedijs ex opere operato gratiam causantibus, homines juvare.

Quaeris abundantiam gratiae? Amor Dei super omnia, in tali statu ex meritis Christi facillimus & frequentissimus, fons est uberimus.

Manet igitur incertitudo institutionis; imo major probabilitas non institutionis Sacramentorum novae ac veteris Legis pro statu innocentiae, tamen perseverasset: non quod perseverantia illa fuisset causa non institutionis, sed quia negatio peccati Adae concurrisset tanquam aliquid removens causam instituendi Sacramenta. Hucusque de statu innocentiae, falsius forte quam res postulat; transeamus ad statum naturae, qui proxime successit statui innocentiae, & penitus introspeciamus illius Sacramentum.

CONCLUSIO IV.

In Lege naturae nullum fuit Sacramentum proprie dictum, praeter remedium peccati originalis.

32. A signatur
triplex ex-
ponens con-
clusionis.

Haec conclusio triplicem habet exponentem. Prima est, in lege naturae fuit aliquod remedium peccati originalis. Secunda, illud remedium fuit Sacramentum proprie dictum. Tertia, nullum aliud fuit

Sacramentum proprie dictum. Indagemus veritatem singularum. Ut autem ab ultima (quae minorem patitur difficultatem) exordiamur: Dico in lege naturae praeter remedium peccati originalis nullum fuisse pro omnibus institutum Sacramentum proprie dictum, etiam in latiori significatione, de qua sect. 1. conclus. 1. Quippe in Scriptura non reperitur; neque tunc dabatur, nisi necessaria ad salutem.

Excepto reme-
dio pec-
cati origina-
lis nullum
fuit pro om-
nibus insti-
tutum Sa-
cramentum

Sunt tamen qui existimant Sacrificium Melchisedech fuisse institutum Sacramentum pro particulari illa familia. Fundatur, quia significabat gratiam dandam in nova Lege per Sacrificium incruentum, seu Sacramentum Eucharistiae, & conferebat aliquam gratiam legalem; etenim supponunt Patres illum panem & illud vinum datum Abrahamo in cibum & potum; quod non videtur factum ad meram refectioem corporalem; siquidem non erat decens adhibere cibum & potum consecratum ad usum profanum, tum etiam, quia non est credibile Abrahamum divitem & spolijs onustum indiguisse panem & vino illo ad corporis refectioem.

Aliqui exi-
stimant Sa-
cificium
Melchise-
dech fuisse
Sacramen-
tum pro pa-
riculari illa
familia.

Respondeo, non satis constare ad quem finem Melchisedech protulerit (sic enim loquitur Scriptura) panem & vinum; forte, quia Abraham lassus a caede inimicorum, panem & vinum ibi non invenerat. Et David de panibus oblati ad refectioem corporalem comedit; neque sanctitas panis comedentibus communicatur; quippe de facto per comestioem panis benedicti nulla confertur sanctitas, nequidem improprie dicta

Satisfit illo-
rum funda-
mento.

Magis dubitat Card. Lugo disp. 3. sect. 2. num. 64. de ipso Sacerdotio illius temporis, quandoquidem significaret Sacerdotium Christi, & per consequens gratiam dandam per illud; ac aliunde sine dubio conferret aliquam imperfectam sanctitatem.

Magis dubi-
tat Lugo de
sacerdotio
illius tem-
poris. ut pote
significante
Sacerdo-
rium Chri-
sti.

Respondet n. 66. Melchisedech quidem fuisse verè Sacerdotem Dei, ut testatur Scriptura Genesis 14. v. 19. Erat enim Sacerdos Dei altissimi; sed habuisse illud ex electione populi, vel haereditaria successione; atque adeo non potuisse esse Sacramentum proprie dictum; quia non ex legitima, hoc est, divina institutione; sed ordinatione humana (ut docet Anacletus Papa in Epistola 2. decretali) ubi dicit Sacerdotium initium sumplisse ab Aaron; quia licet aliqui (nquit prius legantur Sacrificium obtulisse, ut Melchisedech, Abraham; hi tamen spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate hoc fecerunt.

Genes 14.
Sed respon-
det non
fuisse ex le-
gitima. vi-
delicet divi-
na, institu-
tione.

Anacletus
Papa.

Porro Apostolus Hebr. 7. praefert Sacerdotium

D

dotium

Cur Aposto-
lus Sacerdo-
tium Mel-
chisedech Le-
vítico.

dotium Melchisedech Sacerdotio Levitico non in omnibus, sed in aliquibus ibi enumeratis; & non ita secundum id, quod re ipsa habebat, quam bene prout perfectus erat repræsentativum Christi & Sacerdotij eius, ut patet consideranti.

Hæc de ultima exponente. Prima & secunda plûs difficultatis habent, si per Sacramentum intelligamus signum aliquod certum & determinatum, efficax gratiæ ex opere operato.

33.
Non videtur
sine temeri-
tate negan-
dum reme-
dium pro ju-
stificatione
parvulorum
ante bap-
tismi insti-
tutionem.

Innoc. III.

Mar. 10.

Nec obstant
quædam lo-
ca Scriptu-
ræ.

Ephes. 2.

Rationes
pro conclu-
sione adde-
runtur.

Profecto ante institutionem Baptismi fuisse aliquod remedium justificationis parvulorum, non videtur sine temeritate posse negari. Absit enim (inquit Innoc. in cap. Majores de Baptismo) ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procuraverit ad salutem. Unde Christus Apostolis suis dicebat Mar. 10. v. 14. *Sinite parvulos venire ad me ... talium enim est regnum Dei.*

Nascimur quidem omnes (Judæi, Gentiles, & Christiani) filij iræ, juxta Apostolum ad Ephes. 2. c. v. 3. *Eramus naturâ filij iræ, sicut & ceteri.* Sed quid inde? Attende quod illico subjungitur v. 4. *Deus autem, qui dives est in misericordia propter nimiam charitatem suam quâ dilexit nos, & cum essemus mortui peccato, convivificavit nos in Christo, cuius gratiâ estis salvati &c.* Profecto incredibile videtur Deum fuisse imperatorum oblationem infantium in templo, si omnes manifestent filij iræ. Deinde quis credat sanctissimorum parentum filios Deo dicatos, v.g. Samuelem infantulum ab anno 1. ætatis suæ in templo deservientem non fuisse justificationem, priusquam ratione utens se ad Deum converteret?

34.

Nec obstat
quod etiam
de facto par-
vuli in utero
morientes
careant reme-
dio salu-
tis.

Audiamus Doct. Subtilem 4. dist. 1. q. 7. n. 2. *Respondeo (inquit) nullo tempore dimisit Deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem, sed omni tempore post lapsum fuit necessaria ad salutem delictio originalis: ergo quocumque tempore aliquod remedium efficax erat ad hoc, etsi potuit deleri in aultis per motum bonum intrinsecum, tamen in parvulis, in quibus talis motus est impossibilis, non potuit deleri per actum suum proprium; ergo per actum aliquem aliorum circa ipsos, vel ad ipsos relatum. Eiusdem sententiæ est D. Aug. Greg. alijsque SS. PP. ut in progressu liquidissimè patebit.*

Nec obstat, quod etiam de facto parvuli in utero morientes careant remedio salutis; nam illi pauci sunt respectu aliorum; neque Deus omni casui, etiam extraordinario, debuit remedium ordinarium providere. Quomodo ergo (inquit) Deus omnes ho-

mines salvos vult fieri, qui non omnibus illud tempus impertitur, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sunt capaces?

Respondet S. Prosper lib. 2. de Vocatione gentium c. 23. *Non irreligiosè arbitror credi, neque inconvenienter intelligi, quod ipsi paucorum dærum, in vel ex utero, homines ad illam pertinent gratiæ partem, quæ se per est in ensa universis nationibus: quâ utique si bene, naturaliter & moraliter, eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem inuarentur. Omnia namque exordia parvulorum, totaq; illa principia necdum rationalis infantia sub arbitrio iacent voluntatis alienæ, nec ullo modo erunt, nisi per alios consulti potest: & consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto vel pravo aguntur affectu. Sicut autem circa maiores, præter illam generalem gratiam patris atque oculitius omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis excutitur; ita etiam circa innumeros parvulos eadem manifestatur electio. Quæ quidem, nec illis qui renati non sunt in parentibus defuit, sed is qui renati sunt præ parentibus assuit; ita ut nullus sepè, quos suorum impietas deseruit, alienorum cura servierit & ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis non erat providenda per proximos.*

Hoc certum. Prima dubitatio est, an ante Circumcisionem remedium peccati originalis fuerit aliquod signum sensibile, certum & determinatum? Secunda, an Circumcisio sive in lege naturæ, in qua instituta fuit, sive in lege veteri, in qua permansit, fuerit tale signum? Pro prima dubitatione sit

CONCLUSIO V.

Remedium legis naturæ ante Circumcisionem confitebatur in sensibili, certo ac determinato signo.

Sensibilitatem astruit D. August. lib. 5. contra Julianum cap. 9. aliàs 11. ibi: *Sensibilitatem remedij legis naturæ astruit D. Augustinus,* *quævis quid illud esset, aliquâ necessariâ causâ Scriptura latere voluerit. Porro actus internus non latuit: constat siquidem, vel ex ipsis verbis mox citatis, fuisse fidem in Mediatorem venturum.*

Hanc

Qualiter
ergo velit
Deus omnes
homines
salvos fieri,

Enucleat
D. Prosper

34.
Sensibilitatem
remedij
legis naturæ
astruit D.
Augustinus,

Quem se-
quitur Sco-
tus.
Hanc opinionem D. Aug. sequitur Do-
ctor Subtilis 4. dist. 1. quæst. 7. num. 2.
ibi: *Et magis probabile est, quod per aliquod
signum sensibile, quam per aliquod signum in-
telligibile tantum: quia pro toto statu natura
lapse congruunt homini signa sensibilia re-
spectu spiritualium.*

Rationes
congruen-
tia.
Ratio congruentiæ est, Prima, quia pa-
rentes non potuissent esse satis certi de si-
gno merè interno fide v. g. formatâ vel
informi; similiter neque parvuli post-
quam adolevisent moraliter securi de re-
medio sibi adhibito. Modò constat de
actione externa, & hæc præsumitur seria,
potestque quis esse magis certus de inten-
tione quam de fide supernaturali, imò fortè
naturali Christi venturi.

Secunda, quia per illud remedium ag-
gregabantur parvuli Ecclesiæ visibili; ut
autem ait Augustinus lib. 19. contra Fau-
stum cap. 11. *In nullum nomen Religionis
seu verum seu falsum coagulari homines pos-
sunt, nisi aliquo signaculorum vel Sacramen-
torum visibilibus consortio colligentur.* Qui plu-
res congruentias voluerit, videat Suarium
disp. 4. sect. 2.

Cardinalis Lugo supra n. 30. dicit se
maximè moveri ex eo, quod aliàs parvulis
absentibus potuisset applicari; quippe actio
interna non indiget proximitate sui objecti,
ut feratur in illud. Quare potuisset quilibet
(saltem in casu necessitatis) omnes parvu-
los totius mundi, etiam in utero existen-
tes, applicando actum fidei liberare à pec-
cato originali; nam sicut distantia vel in-
terpositio parietis non impediret efficaciam
illius remedij merè intentionalis, sic nec in-
terpositio uteri materni; adeoque Baptismus
esset minoris efficaciz, quod redundat in in-
juriam legis gratiæ; & ideo ab Auctoribus
contrariæ sententiæ non conceditur.

Respondent autem aliqui, puerum in ute-
ro existentem non esse personam distinctam.
Sed contra: hoc solum refert in ordine ad
actiones physicas sensibiles, non verò in or-
dine ad intentionales. Sicut ergo possum
pro puero in utero existente orare, jejunare
&c. quare non etiam fidem meam applicare?

Respondeo, applicationem fidei non ju-
stificasse ex natura rei, sed ex libera volun-
tate Dei; potuit autem Deus instituere pro
signo insensibili efficaci gratiæ, non quam-
cumque applicationem fidei, sed applica-
tionem puero extra uterum, ac corporaliter
præsentem.

Equidem quòd sola fides fuerit suffi-
ciens videntur nonnulli Patres docere.
D. Gregor. lib. 4. moralium cap. 2. ita scri-
bit: *Quod apud nos valet aqua Baptismatis,*

hoc egit apud veteres, vel pro parvulis sola fi-
des, vel pro maioribus virtus Sacrificij, vel pro
his, qui ex Abrahæ stirpe prodierant, myste-
rium Circumcisionis, D. Bernardus Epistola
77. ibi: *Adultos quidem fide & Sacrificijs cre-
dimus expiatis; parvulis autem etiam solam
fidem profuisse, imò suffecisse credimus.*

Et ratio esse potest, quòd status ille, ut-
pote imperfectissimus quoad ea, quæ Dei
cultum concernebant & viam salutis, nulla
habuerit præcepta positiva; sed ijs tantum
regebatur, quæ lumen rationis naturalis,
vel se solo, vel fide illustratum, absolutè &
simpliciter necessaria dictabat ad salutem;
atqui usus signorum sensibilibus non est ita
necessarius; ergo poterant homines in illo
statu per internam fidem & charitatem; vel
propriam, ut adulti; vel alienam, ut
parvuli, à peccato originali justificari.

Respondeo ad PP. primò, aliquos videri
fuisse in sententia pro qua citantur; sed illis
opponimus alios æqualis auctoritatis cum
majori probabilitate rationum. Respondeo
secundò cum Scot. 4. dist. 1. q. 7. n. 3. *Quod
Gregorius non intelligit solam fidem pro solo
habitu, nec fortè tantum pro actu interiori:
sed pro actu exteriori sensibili protestante fidem:
ille autem actus sufficienter potuit habere ra-
tionem Sacramenti: & sic distinguitur fides
sola, id est, fides solitaria sine Sacrificijs con-
tra fidem in Sacrificio protestatam.* Et simili
modo exponi possunt alij PP.

Ad aliud ex ratione dico, lumen natu-
rale fide illustratum dictare esse congruum,
ut homo per signa sensibilia sanetur spiri-
tualiter; constat ex dictis. Quod autem as-
sumitur in argumento, nullum præceptum
positivum pro statu legis naturæ datum à
Deo, falsum est: fuit enim per internam in-
spirationem Dei fidelibus revelatum hoc
præceptum positivum de adhibendo reme-
dio peccati originalis. Porro imperfectio
illius status tantum probat, tunc non tam
multa debuissent dari præcepta positiva, sicut
in lege scripta.

Ex his satis manet probata sensibilitas
hujus medij. Accedat nihilominus auctori-
tas D. Cypriani, & ostendo certitudinem ac
determinationem. Hic Sanctus ante D. Au-
gust. lib. de Cardinalibus Christi operibus
cap. de Circumcisione Christi, sic ait: *Sanè
originale peccatum, quod à primis parentibus in
totam generis humani successiorem defluxit,
omni tempore aliquibus remedijs oportuit ex-
piari, licet vim plenam significantia non ha-
buerint, donec ad rem ipsam ventum est, qua
figurarum operiebatur velamine.* Figura au-
tem est signum sensibile, quod possit homi-
nibus exterius significare aliquid mysticum.

D 2

Quid

S. Bernard.

Quod & ra-
tioni appa-
ret confen-
saneum.

37.

Respondetur primò,
aliquos vi-
deri fuisse
in sententia
pro qua citan-
tur, sed illis oppo-
nuntur alij
Patres.
Respondetur
secundò
ad D. Gre-
gorium,

38.

Respondetur ad ratio-
nem in con-
trarium al-
legatam.

39.

Certitudo
ac determi-
natio proba-
tur ex D. Cy-
priano,

Quidni ergo hæc figura ex mente S. Cypriani etiam certa fuerit ac determinata, quemadmodum mysticum figuratum certum est ac determinatum?

Etiam ex D. Augustino.

Si quælibet cæremonia externa suffecerit, quomodò D. Aug. in principio conclusionis citatus dicit, Scripturam latere voluisse quodnam fuerit illud Sacramentum? Potuisset quidem Deus de sua potentia absoluta infallibiliter annexere gratiam cuiuscumque cæremonie ab hominibus usurpandæ ad deletionem peccati originalis, quæ proinde verè fuisset Sacramentum; id tamen non fecisse, persuadent nobis sequentes rationes.

Potuisset quidem absolute institutum fuisse signum indeterminatè. At non fuisse.

Probat primò secundò

Prima; quia conformitas in exteriori cultu Dei est per se decentior. Secunda; quodammodò necessaria est conformitas in cæremonijs externis ad distinguendos fideles ab infidelibus: si enim passim liceret fidelibus sibi fingere ritus novos, sanè plerique rudes per imprudentiam facillè poterant incidere in ritus infidelium.

Tertiò.

Tertia; cum, præsertim in statu legis naturæ, valde exigua esset rerum divinarum cognitio, periculum erat ne rudiores superstitionis ritibus uterentur & vanis, ac religioso cultui minus aptis. Denique non potuisset postea satis constare parvulis, an ob hunc vel illum finem, hæc vel illa cæremonia sibi fuisset adhibita; quia ponamus Noè filium suum Sem per Sacrificium suum sanctificasse, certè cum Sacrificium etiam ob alios fines possit offerri, non potuisset Sem satis constare, an Noè sibi applicasset Sacrificium, an alteri fini: & idem est de alijs actibus Religionis; quia ex natura sua poterant ob fines varios exerceri.

40.

Pro conclusione citatur Scotus;

Hujus opinionis videtur fuisse Scotus 4. dist. 1. q. 7. n. 2. ibi: *Cum ergo non solum adultis cultoribus suis providerit Deus de remedio necessario ad salutem, sed etiam parvulis eorum (& hoc de remedio, de quo parentes possunt esse certi pro parvulis) sequitur quod tempore illius legis naturæ, erat à Deo institutum aliquod remedium, vel signum certum & efficax deletionis originalis peccati.*

Sed videtur posse explari,

Quibus verbis non ita significat certitudinem signi materialis, quàm bene infallibilitatem effectus; nam immediatè præcedit: *Nullus potest esse certus quòd per aliquid attingat ad salutem, nisi sit certus quòd Deus acceperit illud tanquam sufficiens ad talem finem.*

Prout & idem alio loco,

Hinc alij allegant Doctorem n. 3. ibi: *Ad secundum potest dici uno modo, quòd potuit Deus tale Sacramentum revelasse alicui Patrum, cum quo tunc frequentius loquebatur,*

licet cui & quando, Scriptura non dicat, quæ ab Adam usque ad Abraham satis succinè pertransit.

Sed & hæc possent explicari de aliquo signo externo in genere, dummodò esset protestatio fidei externa, & nullum alium haberet usum. Fortè (inquit Doctòr eodem numero §. Ad primum) *ista protestatio fiebat in verbo aliquo invocandi Deum, vel offerendi parvulum Deo.* Quidquid sit de positiva mente Scoti, constat Doctorem nullibi vel leviter insinuare contrarium nostræ conclusionis.

Nullibi equidem contrarium conclusio- nis insinuat.

41.

Restat hîc difficultas, an cum signo illo sensibili certo ac determinato debuerit conjungi fides ministri, ut haberet suum effectum? Suarez disp. 10. sect. 1. docet non aliam fidem fuisse requisitam in ministro Circumcisionis, aut remedij legis naturæ, quàm modo exigitur in ministro Baptismi.

An debuerit ad effectum conjungi fides ministri?

Probat primò ex D. Aug. lib. 1. contra Cresconium cap. 31. ubi æquiparat Circumcisionem in hoc cum Baptismo, quòd data à ministro infideli non magis erat postea iteranda, quàm nunc sit iterandum Baptismus datus ab hæretico. *Circumcisionem (inquit S. Doctòr) præputij in figura futuri Baptismi Christi ab antiquis observatam esse, negare, ut arbitror, non audeatis. Nunquid apud Samaritanos circumcisus, si fieri tunc vellet Indeus posset iterum circumcidi? Nonnè illius hominis error corrigeretur, signaculum autem fidei agnatum probaretur? Et nunc sunt quidam heretici qui se Nazareos vocant. . . . & Circumcisionem habent Iudaorum & Baptismum Christianorum: ac per hoc quemadmodum si quis eorum ad Iudeos venerit, non potest iterum circumcidi, sic cum ad nos venerit, non debet iterum baptizari.*

Non aliam requirit Suarez, quàm modo exigitur in ministro Baptismi.

Quod probat primò ex Augustino,

Respondet Card. Lugo disp. 3. sect. 2. n. 42. Augustinum loqui de sola Circumcisione, quæ physicè nequit reiterari, etiam data sine intentione debita; non autem negat, quòd debuerit ad justificationem talis parvuli, qui jam impleverat legem circumcisionis, adhiberi remedium legis naturæ, scilicet fides cum protestatione externa.

Respondet Lugo Augustinum agere de sola circumcissione, quæ physicè nequit reiterari;

Sed contra: Ergo malè probat August. ex non iteratione Circumcisionis, non iterationem Baptismi; quia hic commodè iterari potest.

Sed malè.

Probat secundò: quia Baptismus applicatus à ministro infideli est sufficiens remedium peccati; ergo & circumcisio, & remedium legis naturæ; nam illis successit juxta doctrinam SS. PP. & quoad effectum comparantur. Unde etiam parvuli

42. Suarez secundò probat.

Sect. 2. De Sacrament. Institutione. Concl. 5. 19

vult in lege Evangelica dicuntur iustificati in fide parentum, quemadmodum parvuli ante Christi adventum. Aug. lib. 1. de Peccatorum meritis cap. 19. lib. 3. c. 2. Epistola 23. & 107. Iustinus Martyr q. 56. ad Orthodoxos.

Respondet Lugo Patres nunquam dicere, parvulos de facto iustificari fide suorum parentum.

Respondet Lugo supra n. 44. Patres nunquam dicere, parvulos de facto iustificari fide suorum parentum, Verba Iustini sunt hec: *Eorum qui baptizati sunt, & eorum qui non sunt, hæc d. similitudo est, quod ij qui baptizati sunt, bona ea quæ Baptismus adfert, consequuntur: qui autem minus baptizati sunt non consequuntur. Digni autem habentur ijs bonis, quæ Baptismus adfert, eorum fide qui illos Baptismo offerunt.* In quibus (inquit) verbis non dicit parvulos iustificari fide parentum, sed per Baptismum, ad quem consequuntur alia bona gratiæ & gloriæ.

Sed contra-rium ostenditur.

Sed quod quæso majus bonum gratiæ, quàm prima iustificatio? Ergo qui fide parentum accipit bona, quæ Baptismus adfert, accipit absque dubio primam iustificationem ex sententia hujus Patris.

Respondit Lugo, Augustinus solium velle parvulos credere fide eorum, qui dum eos portant, dicunt eorum nomine se credere. Quod ex verbis ejusdem loci constat ostenditur.

Ad Augustinum respondet Lugo n. 45. solium velle, parvulos credere fide eorum, qui dum eos portant, dicunt eorum nomine, se credere. Sic quippe ait primo loco citato: *Si autem propterea rectè fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo proficiunt.* Et secundo loco: *Sicut ergo eorum per quos renascuntur insitina spiritus responsione sua traicit in eos fidem &c.* Porro in Epistola 23. aliam rationem adfert ob quam parvuli dicantur credere, ibi: *Itaq; parvulum, est nondum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei Sacramentum fidelem facit.*

Denique in Epistola 107. utramque rationem videtur reddere, ibi: *Scimus etiam parvulos secundum ea, quæ per corpus gesserunt recepturos vel bonum vel malum: gesserunt autem non per se ipsos, sed per eos, quibus pro illis respondentibus & renuntiare diabolo dicuntur & credere in Deum. Unde & in numero fidelium computantur, pertinentes ad sententiam Domini dicentis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. Propter quod & illis, qui hoc Sacramentum non recipiunt, contingit quod sequitur: Qui autem non crediderit, condemnabitur.*

Solvitur.

Sed contra: In sententia illa Salvatoris: *Qui crediderit & baptizatus fuerit*, distincta sunt credere & baptizari: ergo præter Baptismum requirit Aug. in parvulis, quibus illam sententiam applicat, fidem; non propriam, quæ impossibilis est: ergo parentum vel ministrum; sed nequit dici, quod pro

lege nova requiratur verus habitus aut fidei actus, ut proprio loco ostendemus; ergo neque ille fuit requisitus pro lege veteri aut naturæ. Verum quemadmodum jam sufficit fides Ecclesiæ, & intentio faciendi quod facit vera Ecclesiæ; ita & tunc sufficiebat, ut essent & dicerentur iustificati per fidem; scilicet per fidem in dætoris sive ex meritis Christi, quæ per Ecclesiæ illius temporis illo remedio parvulis applicabantur. Unde & illud vocari poterat Sacramentum fidei, sicut modò appellatur Baptismus.

43. Probatio tertia Suarezii Lugo.

Probat tertio Suarez suam sententiam ratione: quia aliàs remedium peccati originalis fuisset valde incertum & sepe reiterandum. Respondet Lugo n. 46. Sicut nunc sine intentione debita Baptismus non esset validus, nec tamen ea de causa iterari debet, quam diu non constat de defectu intentionis; sic nec tunc deberet reiterari, quàm diu non constaret de fidei defectu: nam sicut nunc omnes Christiani non dubitamus de adventu Christi præterito, & indubitanter respondemus nos illum credere; sic illi antiqui certissimè credebant, Christum futurum, nec poterant prudenter dubitare de valore illius Sacramenti. Neque enim quando ad valorem illius Sacramenti petimus essentialiter fidem, intelligimus hoc de actu supernaturali fidei; hic enim fortasse ex multis capitulis posset hîc & nunc non exerceri, & redderetur minus certus valor Sacramenti; sed loquimur de fide minus strictè, quatenus significat assensum determinatum, sive naturalem, sive supernaturalem, sive explicitum, sive confusum, qualem habet unusquisque dum recitat Symbolum, vel dum interrogatus an credat, respondet se credere.

Docet præterea Emin. n. 50. cum Suarezio supra, illam fidem non debuisse esse meritoriam de condigno aut de congruo; quin imò valuisse illud Sacramentum sicut modò valeret Baptismus, etiamsi actio illa hîc & nunc esset demeritoria & mala in genere moris. Quæ si vera sunt, certè nullo argumento probatur, requisitam fuisse aliam fidem præter objectivam; de qua intelligo Scotum 4. dist. 1. q. 7. n. 3. ibi: *Ad primum argumentum dico, quod Gregorius non intelligit solam fidem pro solo habitu, nec forte tantum pro actu interiori: sed pro actu exteriori sensibili protestante fidem.* Fidem, inquam, id est, objectum fidei, Christum utique venturum.

Scotus

Cæterùm Card. pro opposita sententia, quam n. 40. existimat verisimiliorem, allegat D. Aug. lib. 2. de Nuptijs & concupiscentijs

44. Pro opposita sententia allegatur D. Aug.

cap. 11. ibi: Sed superioribus temporibus omnino latuit Sacramentum iustificationis ex fide; eadem tamen fides mediatoris salvos iustos faciebat antiquos, pueros cum magnis &c.

D. Aug. loquitur de fide honesta

Sed contra: Aug. ibi loquitur de fide honesta; quippe illa sola poterat adultos iustificare, & tamen illa non requiritur ex sententia Lugonis ad iustificationem parvulorum. Respondet Emin. n. 54. Aug. non negare sufficientiam fidei informis & inhonestæ, imò debere asserere propter inconvenientiam, quæ aliàs sequuntur.

Nec ex hoc sequuntur inconvenientia.

Contra: Illa inconvenientia vitantur, si dicamus Aug. nihil aliud velle, quàm circumcissionem & aliud remedium legis naturæ vim iustificandi habuisse à fide Christi venturi, quæ erat in Ecclesia illius temporis, quamvis non in omnibus applicantibus illa remedia.

Porro argumentum Lugonis n. 41. petitum ex ratione, videlicet; si sola illa intentio generalis absque ulla fide vel credulitate sufficeret. certè multò liberaliorem se Deus exhibuisset cum parvulis illius temporis, quàm cum nostris in lege gratiæ; liquet profectò in nostra sententia, quæ requirit cæremoniam determinatam, nullius esse momenti.

Hactenus de remedio legis naturæ quoad materiale ante Circumcisionem. Sequitur dicendum de Circumcisione & utriusque efficacia.

CONCLUSIO VI.

Probabilior est sententia affirmans Circumcisionem & aliud remedium peccati originalis fuisse Sacramentum efficax ex opere operato.

45. Circumcisio delet vit peccatum originale. Ita Scotus.

D. Aug. varijs locis.

Circumcisionem delevit peccatum originale docet Scotus 4. dist. 7. q. 6. n. 2. Hic (inquit) supponendum est tanquam certum, quod per Circumcisionem peccatum originale debeatur, quod patet per auctoritates Sanctorum. D. Aug. diversis locis. lib. 4. de Baptismo cap. 24. sic ait: Veraciter congere possumus, quid valeat in parvulis Baptismi Sacramentum, ex Circumcisione carnis, quam prior populus accepit. Et infra: Cur ergo ei (Abrahamo) preceptum est, ut omnem deinceps infantem masculinum octavo die circumcideret, qui nondum po-

terat corde credere, ut ei deputaretur ad iustitiam, nisi quia & ipsum per se ipsum Sacramentum multum valebat?

Libro tertio contra Julianum cap. 18. Responde si potes, cur ipse Isaac, nisi Baptismatis Christi signo circumcisus octavo die fuisset, perisset anima eius de populo suo? Explicata si potes, tantà panà quo merito placere- retur, nisi ab hac illo Sacramento liberaretur? Lib. 16. de Civit. c. 27. ibi: Ac per hoc quia circumcisio signum regenerationis fuit, non immeritò parvulum propter originale peccatum quo primum Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi generatio liberet.

D. Gregor. comparat Circumcisionem Baptismo 4. moral. 2. Quod autem apud nos valet &c. vide supra. Similiter D. Bernardus ser. 2. de Assumptione, ibi: In Baptismo sola gratia lavat hanc maculam, quam olim rasi per Circumcisionem. Idem docent Ambrosius, Cyprianus, Fulgentius & alij.

D. Gregorius.

D. Bernardus

Ambrosius

&c.

Et ad hoc (inquit Scotus supra) est ratio congrua, quia Deus nullo tempore reliquit genus humanum sine remedio necessario ad salutem, maxime illo; quibus ipse legem dedit, ut per eius observantiam peringerent ad salutem. Frustra enim fuisset data talis lex sine tali remedio: ergo tempore legis Moysaica dedit aliquod tale remedium observantibus huiusmodi legem. Non possunt autem attingere ad salutem sine deletione originalis culpæ: ergo in illa leg. instituit aliquod remedium contra illam culpam: istud & non aliud, videtur esse ibi institutum, tanquam tale remedium contra illam, iuxta illud Gen. 17. Masculus, cuius præputij caro &c.

46. Ratio congruentiæ ex Scoto.

In quo loco maxime se fundat D. Aug. quem cum 70. Interpretibus ita legit: Et qui non fuerit circumcisus octavo die, interibit anima illa de genere suo, quia testamentum meum dissipavit. Nec Aug. solus, sed etiam Ambro. Epist. 33. & Origenes lib. 2. in Epist. ad Rom. c. 2. Quæ lectio retenta fuit in nova editione 70. Interpretum iusti Sixti V. facta nisi quòd illud octavo die, non coniungatur cum circumcisus, sed cum interibit anima &c.

Porro hunc locum ita exponit idem S. Doctor lib. 16. de Civit. c. 27. Idem (inquit) potest movere, quomodo intelligi poterat, quod hic dictum est: Masculus, qui non circumcidetur carne præputij sui octavo die, interibit anima illa de genere suo, quia testamentum meum dissipavit. Cum hac nulla culpa sit parvuli, cuius dixit animam perituram, nec ipse dissipaverit testamentum Dei, sed maiores, qui eum circumcidere non

47. Expositio

D. Aug. hu-

ius loci Ge-

nelis 17.

Masculus,

cuius præ-

putij caro &c.

&c.

cura-

curarunt, nisi quia etiam parvuli, non secundum suam vitam proprietatem, sed secundum communem generis humani originem, omnes in illo uno testamento Dei dissipaverunt, in quo omnes peccaverunt. Multa quippe appellantur testamenta Dei, exceptis illis duobus magnis, veteri & novo, quod licet cuique legendum cognoscere. Testamentum autem primum quod factum est ad hominem primum, profecto illud est: Quia die ederetis, moriemini. Et infra: Sed intelligenda sunt haec divina verba tanquam dictum sit: qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipavit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccavit.

48. Ab alijs reijcitur: eo quod haec verba octavo die non habentur in hebraeo, neque vulgato textu.

Qui & volunt sermone ibi dirigere ad adultum. Quod ratio probant:

Respondent contrariae sententiae Auctores, illa verba octavo die, neque in hebraeo, neque in vulgato textu haberi; adeoque argumentum Aug. quod his verbis potissimum nititur, corruere. Volunt ergo sermonem ibi dirigi ad adultum, qui volebat circumcidi; aut non circumcidebat filium suum, in quem ibi feratur sententia mortis temporalis propter transgressionem pacti seu praeccepti Circumcisionis.

Quod probant; tum quia solus adultus capax est praeccepti & poenae: tum maxime, quia cum in superioribus dixisset: *Infans octo dierum circumcideretur in vobis*, nullam poenam apposuit, hic vero poenam adjicit.

Ex quo videtur colligi, agi de aetate distincta, & Deum nolle in sententia citata, cum, qui neglexerit Circumcisionem, puniendum morte aeterna, propter transgressionem praeccepti dati primis parentibus in paradiso; sed solum velle adultum negligentem Circumcisionem puniendum morte temporalis; alioquin manifesta committeretur aequivocatio in verbo *pactum*; siquidem immediatè ante dicitur: *Statuam pactum meum inter me & te & semen tuum &c.* Circumcideretur ex vobis omne masculinum &c. *Infans octo dierum circumcideretur in vobis &c.* Eritque *pactum meum in carne vestra in saecula sempiternum.*

Ubi manifestum est per *pactum* intelligi legem Circumcisionis & non *pactum* sive praecceptum datum Adamo de non comedendo ligno vetito; ergo similiter in verbis sequentibus; *Masculus, cuius praepitij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit* (sic habet vulgatus textus) per *pactum* intelligenda est lex Circumcisionis.

Sed contra: Illam legem non potuit parvulus irritam facere. Respondent intelligi de solis adultis. Contra: Jam erit etiam aperta aequivocatio; siquidem ille masculus periturus dicitur, si non circum-

cidatur, qui jubetur circumcidi. Respondent, Ambrosius & alios legere: *Masculus, qui non circumciderit carnem &c.* quod nequit intelligi nisi de adultis. Contra: Licet vox Graeca & Hebraica, imò & Chaldaica hanc lectionem admittant, tamen ex lectione vulgata satis intelligitur debere intelligi passivè.

Sed solvitur.

Respondent ergo secundò locum illum commodè posse intelligi etiam de parvulis, intelligendo per mortem separationem à populo Judaico, quam debebat subire parvulus, qui ob parentum culpam non fuerat die octavo circumcissus; cum enim Circumcisio esset janua aliorum Sacramentorum veteris legis; merito excludebatur ab illa lege, qui carebat illo caractere.

49. Respondent itaque secundo, illa locum esse intelligi de parvulis, intelligendo per mortem, separationem à populo judaico.

Contraria est expositio SS. PP. & in primis D. Aug. supra, ad cuius sanè firmitatem (ut respondeam argumento principali supra posito) nihil referre videtur sive verbum *octavo die*, addatur, sive non; nam sententiam illam: *Masculus, cuius praepitij caro &c.* universalem esse & extendi etiam ad parvulos (ut statim dixi) patet ex proximè antecedentibus: *Circumcideretur in vobis omne masculinum &c.* *Infans octo dierum circumcideretur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris.* Post quae cum subditur: *Masculus, cuius praepitij caro &c.* idem valet, atque: *omnis masculus, & infans octo dierum*, nisi (ut dixi) velimus admittere aequivocationem sine ulla ratione. Unde existimo verbum illud, *octavo die*, à septuaginta Interpretibus claritatis gratià fuisse additum ad explicandum amplius sensum suo tempore & in sua Ecclesia receptum.

Non refertur enim illud *octavo die*, addatur & cetera praecceptum etiam extendatur ad parvulos, ut ex antecedentibus constat.

Dicere autem octavum diem, non esse diem Circumcisionis, sed tempus solvendae poenae, merè somnium est. Nam octavum diem tempus fuisse praefixum Circumcisionis parvulorum & non poenae adultorum, non solum Theologi omnes, non solum Patres; sed Scriptura ipsa satis declarat eodem loco, & Levit. 12. & Luc. 2. ubi dicitur: *Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcideretur puer.*

Levit. 12. Luc. 2.

Nec correctio Sixti V. praebet occasionem, ut oppositum suspicemur; quippe si inter verbum *circumcissus* & verbum *octavo die*, supponitur comma, non ideo est, ut verbum *octavo die*, cum verbo *interibit*, construatur; sed quia interposita fuit parenthesis; *Masculus, qui non &c.* Quae interpretatio colligitur, tum ex eo quod in antiquioribus exemplaribus, v. g. impressis Basileae anno 1526. & alibi, omisâ parenthesi

50. Nec correctio Sixti V. praebet occasionem oppositae suspicioni.

parentesi habeatur comma post octavo die: tum maxime, quod cum tempore D. Aug. esset textus hebraeus versus in latinum a D. Hieron. & omissa illa verba; nemo tamen vel Pelagianorum, vel Catholicorum existimavit argumentum Aug. ex hac parte non concludere; quod signum est antiquos omnes putasse sensum esse eundem sive addantur, sive omitantur praedicta verba.

Parvulus est capax praecipi & poenae in alio.

Ad probationem respondeo, parvulum esse capax praecipi & poenae in alio: sic enim omnes in Adam peccavimus & obnoxii sumus poenae aeternae, saltem damni, si non etiam sensus. Quod autem non ubique poena exprimitur, nemini mirum videri debet; nam cum praeciptum tulisset Dominus, recensitis omnibus, qui ea lege tenebantur, tunc demum congruenter poenam adjunxit.

51. Probatio Conclusio nis ex Innocentio III.

Hac pro expositione & sententia D. Aug. cui manifestissimum testimonium perhibet Innoc. III. cap. Majores de Baptismo ibi: Ad id autem taliter respondemus: Quod Baptisma Circumcisioni succeditur: (Abstinet enim ut in illam damnatam haeresim incidamus, qua perperam affirmabat legem cum Evangelio & Circumcisionem cum Baptismo servandam quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini Christus vobis nihil prodest.) Cum ergo circumcisio tam adultis, quam parvulis ex praecipto Domini conferretur: ne Baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit cum tam viri, quam feminae baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quam parvulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualiter Mosaisca lex clamabat: Anima, cujus praepitij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo; ita nunc indistincte vox insonat Evangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec aetatem excludens. Cautè tamen notandum est, quantum plus Baptismus hodie conferat Christianis quam quondam Judaeis Circumcisio contulisset: dictum est in fine praedictae auctoritatis inducitur de lege veteri: Peribit de populo suo. In Evangelica verò auctoritate subiunctum est: Non intrabit in regnum Dei; quoniam estis originalis culpa remittebatur per Circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur (quid clarius possit dici?) non tamen perveniebatur ad regnum caelorum, quod usque ad mortem Christi fuit omnibus obferatum, sed per Sacramentum Baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur vitatur periculum & ad regnum caelorum etiam pervenitur,

cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer referavit.

Igitur ex mente Innocentij, quemadmodum Baptismus est proprie dictum Sacramentum, quia delet peccatum originale, conferendo ex opere operato gratiam sanctificantem (nam de facto, quidquid sit de possibili, non remittitur peccatum mortale sine infusione gratiae) ita pariter Circumcisio (eadem est ratio de alio remedio peccati originalis) olim delevit peccatum originale causando ex opere operato gratiam sanctificantem, ac per consequens fuit Sacramentum proprie dictum efficax ex opere operato. Patet ex verbis supra citatis.

Ex ejus mente, sicut Baptismus ex opere operato contulit gratiam, sic & Circumcisio.

Et expressè traditur à Scoto supra n. 111. ibi: Sed praeter ista in illa lege erat Circumcisio quae fuit proprie Sacramentum. Unde & Magister ab illa universalis Aug. super Psal. 73. excepti Circumcisionem: Hac enim per modum Sacramenti contulit gratiam ex virtute operis operati, non tantum ex virtute operis operantis, scilicet ex motu interiori.

Respondet Vasq. disp. 184. de Legibus c. 5. in fine, Innocentium non disputasse de modo quo in Circumcisione dabatur gratia, sed solum assumpsisse in illa dari: nos verò (inquit) contendimus illam non fuisse per se causam gratiae.

Contra hoc tamen inquit Lugo disp. 5. sect. 4. n. 70. Innocentius videtur approbare explicationem Aug. Et quae illa? Fatemur (loquitur Em. ibidem n. 65.) Aug. illa verba Genesis intellexisse quasi indigentia necessitate Circumcisionis ad illum effectum; sed fundatur in falsa lectione illius textus, additis illis vocibus octavo die, quae tamen in vera littera non reperiuntur.

Obstupui quando legi: & quis non obstupesceret, quando audit: Aug. fundatur in falsa lectione illius textus? Aug. (inquam) cuius doctrinam (teste Joanne II. Epistola 3. ad Avienum alioque Senatores) Romana sequitur & servat Ecclesia? Aug. (teste Sixto IV.) inter intemerata Ecclesiae Doctores praecipuus & subtilissimus Evangelij ac Sacramentum literarum persecutor? Quo sanctissime Praeful perduxisti scrutationes tuas, quas persecutus defecisti, ut falso legeres: Et qui non fuerit circumcisus octavo die, interibit anima illa de genere suo? Abstinet à nobis ut tantum crimen gloriae illius inferamus, quem nunquam sinistra suspitionis saltem rumor aspersit; ut testatur Caestinus I. Epistola ad Episcopos Galliae cap. 2. Sic ergo legit Aug. juxta versionem 70. Interpretum, quae (ut diximus) retenta fuit

Scoto.

Vasquez respondet, non disputasse Innocentium de modo, quod dabatur gratia: 52.

Cui opponit Lugo, Innocentius videtur approbare explicationem Aug. sicut licet dicat Augustinum fundari in falsa lectione textus.

53.

Joanne II.

Sixto IV.

Caestinus 2.

Sed male: cum legitur juxta versionem 70. interpretum.

Secl. 2. De Sacrament. Institutione. Concl. 6. 33

fuit in editione Sixtina. Et quamquam hodie sola editio vulgata sit indubitatae auctoritatis; quis tamen adeo desipiat, ut propterea dicat omnem aliam lectionem, ei minime contrariam, esse falsam? Accedit quod (ut ostendimus) additio vel ommissio illorum verborum nihil referat, ut expositio Aug. sit firma.

Alij apud Vasq. supra n. 47. respondent, totam illam rationem non fuisse ab Innocentio definitam, sed solum adductam ad confirmationem conclusionis principalis; quam tamen alijs rationibus efficacioribus confirmavit. Quod, quia verissimum est, libenter ipsis concedimus; neque enim nos contendimus Innoc. illo cap. nostram sententiam definitivisse; sed tantummodo affirmasse suam circa hanc controversiam opinionem.

Respondet Card. supra n. 71. nequidem affirmasse; sed solum ex aliorum sententia illam explanationem permisisse, ut ostenderet, etiam illam doctrinam & expositionem admittendam, adhuc effectum Baptismi esse nobilitatem effectum Circumcisionis. Verum ex quo colligat illam permissionem tantum, non video, cum nemo aliter possit aut debeat loqui, qui assertive tenet illam sententiam; unde gratis conficta facile apparebit lectori sedulo consideranti verba textus supra citata.

His non obstantibus etiam contraria sententia est probabilis, pro qua

Obijcitur primo ex Scriptura: Ad Galatas 5. v. 6. ait Apostolus: *Neque Circumcisio aliquid valet.* Et I. Cor. 7. v. 19. *Circumcisio nihil est.* Respondeo, quia status Circumcisionis exspiraverat. Colligo, quia additur: *Et praputium nihil est:* per quod sine dubio significatur status, & non actio.

Respondeo secundo; si circumcisus credat, currente Lege Evangelica, se aliter salvari non posse; etenim primo loco pramittit Apostolus v. 2. *Si circumcidamini* (scilicet credentes aliter non posse vos salvari, ut exponit D. Aug. 19. contra Faust. c. 17. ibi: *Vnde est illud Apostoli: Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Circumcidamini, sicut ipse volebant, sicut eis à quibusdam depravatis persuasum erat, quod sine his legis operibus salvi esse non possent.*) *Christus vobis non proderit.* Similiter secundo loco subiungitur: *Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat:* quia videlicet status Circumcisionis in Lege Evangelica nullam adfert preminentiam, prout putabant Judæi.

Sed contra: Rom. 2. v. 25. *Circumcisio quidem prodest.* Et cap. 3. v. 1. & 2. *Quæ utilitas Circumcisionis? multum per omnem mo-*

dum: ergo non loquitur Apostolus de Lege nova. Respondeo negando consequentiam: imò ideo potius loquitur de Lege nova; significat, quippe Circumcisionem ante illam profuisse; nunc autem amplius non prodesse, ut Judæi falso existimant.

Contra: Ad Hebr. 7. v. 18. *Reprobatio quidem sit præcedens mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem.* Respondeo; quia parvam utilitatem (ut infra dicemus cum Scoto) adferebat; & quia sine fide & meritis Christi non poterat ad perfectum adducere. Ideo pro ratione subdit v. 19. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Enimvero quod non debeat intelligi de omnimoda inutilitate, patet, quia saltem conferebat gratiam legalem, seu convenientem statui illius Ecclesiæ.

Contra: Ad Galatas 4. v. 9. *Quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa?* Respondeo primo cum D. Aug. Apostolum per elementum intelligere idola gentium: siquidem versu præcedenti ait: *Tunc quidem ignorantes Deum, ijs, qui natura non sunt Dij, serviebatis.* Unde verbis in objectione allegatis adjungitur: *Quibus denud servire vultis?* & in confirmationem v. 10. subnectitur: *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.*

Respondeo secundo, Apostolum loqui vel de statu Legis Evangelicæ, vel de infirmitate statim explicatâ.

Instabis rursum: Rom. 3. referendo utilitates Circumcisionis non meminit efficaciam gratiæ. Respondeo, esse argumentum ab auctoritate negativa. Alibi, Gen. videlicet 17. ponitur; hic non pertinebat ad ejus intentionem, quæ erat pacificare superbos Judæos cum Gentilibus: *Quid ergo?* inquit v. 9. *præcellimus eos?* Nequaquam &c. *Quoniam quidem unus est Deus; qui iustificat Circumcisionem ex fide, & praputium per fidem,* versu 30.

Contra: Ibidem v. 9. *Causati sumus, id est, causam probavimus, Judæos & Græcos omnes sub peccato esse:* Ergo quoad negotium justificandi non excedebat lex Judaica. Respondeo: tantum vult illos legem scriptam, hos naturalem non servasse; & ita neutros contra invicem posse gloriari, sed in Christo, cujus gratia necessaria est ad legis impletionem.

Secunda principalis obiectio desumitur ex auctoritate SS. PP. qui videntur Circumcisioni negare effectum gratiæ. Vide Lug. disp. 5. sect. 2. n. 14. Respondeo cum Scoto 4. dist. 1. q. 6. n. 11. ibi: *Et tamen si sint alia quæ dicta Sanctorum, gratiam negatam ab illis Sacramentis, loquendo non tantum de caeremonijs,*

E sed

ad Romanos secundo, & tertio.

56. Item ex Epist. ad Hebr. 7.

57. Ad Galat. 4.

58. Et ad Rom. 3.

59.

60. Objectionis secundæ principalis desumptæ ex SS. Patribus, diversimode occurrat SS. Patribus.

Responso aliquorum, totam illam rationem non fuisse ab Innocentio definitam, admittitur.

Quod dicitur legi solum sententia explicatio, rem Pontificem permississe, improprietur.

54. Obiectio prima ex Epist. ad Galat. 5. & I. Cor. 7. Solvitur primo.

Solvitur secundo.

S. Aug.

55. Solvitur locis Apostolicis ex Epist.

Sed etiam de Circumcisione. Respondeo, dupliciter potest intelligi; vel quia parvam gratiam contulit Circumcisio respectu Baptismi; vel quia non contulit gratiam ut dispositionem immediatam ad gloriam, quia non aperuit ianuam: sed hoc non fuit ex defectu eius, sed quia fluxit tempore, quo pretium non fuit solutum. Vel tertio modo non contulit gratiam, quia non universaliter cuiquamque suscipienti. Determinabatur autem forte ex institutione sua ad certum gradum gratia, ita quod ultra illum gradum non posset nec intendendo, nec inducendo; & ita si tantum gradum inveniret in suscipiente, nihil sibi conferret. Et iste ultimus modus (inquit) apparet esse de intentione Magistri, dicit enim quod solum peccata ibi dimittentur, nec gratia ibi dabatur: & subdit statim, ut in Baptismo, & modum statim exprimit: quia quantumcumque iustus accedat ad Baptismum, uberius ibi recipit gratiam. Unde Baptismus generaliter intendit ibi gratiam, iam habitam, vel inventam. Sed non est ita in Circumcisione.

61. Falsò citatur Magister, quasi docuisset circumcissionem sine infusione gratia remissionis originale. Trident.

Falsò ergo citatur ab aliquibus Magister quasi docuisset Circumcisionem remissionis peccati originale sine infusione gratia, contra definitionem Concilii Trident. sess. 6. cap. 7. ibi: Hanc dispositionem seu preparationem iustificatio ipsa consequitur, que non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratia &c. Et can. 11. Si quis dixerit homines iustificari solà peccatorum remissione, exclusà gratia &c. anathema sit.

Et juxta hunc ultimum modum explicat Scotus supra locum Apostoli ad Rom. 4. v. 9. & sequentibus: Dicimus quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? in Circumcisione, an in præputio? non in Circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit Circumcisionis signaculum iustitiae fidei, quæ est in præputio &c. Unde (inquit Doctor) Abrahæ iam iustificato, signaculum tantum fuit: nihil enim sibi interius contulit, quia gratia Abrahæ iam attingerat vel transcenderat illum gradum, ad quem determinata fuerat Circumcisio. Et intelligo, nihil ei intus contulit per modum Sacramenti, sive virtute operis operati: sed credo, quod ei contulerit per modum meriti, sive virtute operis operantis: quia credo quod actus circumcidendi se ex obedientia Dei & ex charitate procedens ei fuerit meritorius, sicut & immolatio Isaac.

Infero: Ergo Circumcisio non est propriè Sacramentum; quia non est certum signum, quia non causet gratiam in omni subiecto non ponente obicem; ergo non ex opere operato. Respondet Scot. supra n. 12.

Explicit Scotus locum Apostoli ad Rom. 4.

Quod satis certitudinaliter significat vel gratiam tunc in fieri, si non sit obex, vel tunc in esse; sicut si B. Virgo fuisset in conceptione Filij in summa plenitudine gratia, ad quam Deus disposuit eam perventuram, si postea fuisset baptizata, nullam ibi gratiam recepisset de novo, tamen Baptismus non fuisset in ea signum falsum vel incertum; quia gratiam significaret, vel tunc fieri, vel prius datam tunc inesse. Et ita Christus per Eucharistiam, quam sumpsit in ultima cœna, non accepit augmentum gratiæ, & tamen erat verum Sacramentum.

Sufficit ergo, ut Sacramentum causet gratiam ex opere operato, quod causet gratiam præcisè ex vi suæ institutionis, sine ullo merito ministrantis vel suscipientis; adeoque in omni subiecto, pro quo est institutum, si non ponatur obex; si ve (quod in idem redit) sufficit, quod ex vi sua intrinseca sine ullo merito seu opere operantis causet gratiam, ad quam institutum est, quando nullum reperit impedimentum.

Ita verò contingit in Circumcisione, quæ causet gratiam in omni subiecto non ponente obicem, pro quo fuit instituta; fuit quippe instituta solum pro ijs, qui infecti erant labe originali, sive ad quendam gratiam remissionem peccati originalis (quomodo multi Theologi contendunt Sacramenta vivorum, ut vocant, solum causare augmentum gratiæ, seu gratiam in homine iustificato, cum quo tamen admittunt, causare gratiam ex opere operato) & non aliam. Et ratio erat; quia cum gratia plenitudo servaretur novæ Legi; congruum fuit ut eo tempore nulla gratia nisi prima, & ad salutem omninò necessaria ex opere operato conferretur.

Profectò si Circumcisio, & aliud retentivum Legis naturæ, solum contulisset gratiam ex opere operantis, præterquam quod nemo sibi vel alteri possit promereri primam gratiam iustificantem (ut traditur in materia de Gratia) valde malè provisum fuisset parvulis, qui à malis parentibus, vel alijs ministris perverfis, quorum multitudo erat maxima, circumcidebantur; tacito, quod instrumenta & media stabili ac publicè lege sancita à Deo ad salutem hominum, debeant habere stabilem operandi rationem, & uniformem quantum est ex se, nisi sit culpa & defectus ex parte subiecti; alioquin videbitur Deus aliquorum salutem deesse; & patet in Sacramentis novæ Legis, item in Sacrificijs & veteribus ceremonijs, quæ suo modo sanctificabant æqualiter pro omni tempore, & respectu omnium personarum quantum erat ex se. Nihilò

Et obiectio- ni contra illum facta respondet, certo significat gratiam in fieri, vel tunc in esse.

62.

63.

Inconvenientia, si Circumcisio solum contulisset gratiam ex opere operantis

Sect. 2. De Sacrament. Institutione. Concl. 6. 35

Nihilominus contra hanc causalitatem gratia ex opere operato

64. Objectioni tertiæ principalis de sumptibus ex Eugenio IV. in Concilio Florentino in decreto seu institutione Armenorum ubi habentur hæc verba: *Sacramenta novæ Legis multum differunt à Sacramentis antiquæ Legis: illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam figurabant: hæc vero non solum causant gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt.* Quæ doctrina confirmatur à Trident. sess. 7. can. 2. de Sacramentis in genere: *Si quis dixerit ea ipsa novæ Legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ Legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi; anathema sit.*

65. Duplex ad hanc objectionem est responsio. Prima, nomine Sacramentorum antiquæ seu veteris Legis in illa definitione non comprehenditur Sacramentum Legis naturæ, imo nec Circumcisionem, ut quæ ante Legem annis 400. instituta sit. Quæ responsio ex eo confirmatur, quod licet Circumcisio postmodum legi fuerit inserta, ac præcipua ejus pars, ita ut esset illius legis professio & janua, quemadmodum Baptismus Legis Evangelicæ; adeoque per abolitionem legis censita sit & ipsa abolita; tamen quia legem Moysis præcessit, & fuit potissima ac difficillima lex positivæ, quam Patres habuerunt tempore Legis naturæ; remansit usus loquendi, quo specialiter vocetur lex vetus seu scripta, reliqua pars legis Moysis à Circumcisione distincta, ut constat ex illo Christi apud Joannem cap. 7. v. 22. *Moses dedit vobis Circumcisionem, non quia ex Moyse est, sed ex Patribus.*

66. Altera responsio aliâ viâ procedit; nimirum, quod etsi hæc duo Sacramenta revera essent Sacramenta antiquæ Legis, tamen illam doctrinam sufficienter verificari ratione omnium aliorum Sacramentorum veteris Legis: cum enim regulæ generales sæpè patiantur exceptionem, & Eugenius ibi tantum obiter agat de Sacramentis antiquæ Legis (tantum enim ex proposito ibi instruit Armenos de necessarijs creditu ad salutem; adeoque de Sacramentis novæ Legis. Similiter Trident. solum definit Sacramenta novæ Legis causare gratiam, quod hæretici negabant) credi posset ad hæc duo Sacramenta non respexisse; sed solum voluisse exprimere, quod passim in Ecclesia dicebatur; non definiendo tamen quo sensu id intelligendum foret.

Quis enim audeat dicere Eugenium, atque Concilium Trident. voluisse damnare Innocentium, Aug. aliosque SS. Patres supra citatos? Neque hoc favet hæreticis;

siquidem volebant hi, nostra Sacramenta non causare gratiam, sed esse meras ceremonias instar Sacramentorum veteris Legis; quod si hæc contulissent gratiam, vel saltem unum illorum, potiori ratione posset inferri contra ipsos, nostra conferre.

Et sanè mirum est, quosdam recentiores in tantum urgere verba illius decreti adeo generalia, & tam parum moveri decretali Innoc. III. superius citatâ, quæ ejusdem planè est auctoritatis, & in particulari hac quaestione attingit; quamvis solum occasionaliter ratione Baptismi parvulorum, de quo Innoc. consultus fuerat. Itaque cum locus obscurus debeat per clariorem explicari, & verba illa Innoc. III. *Originalis culpa remittitur per Circumcisionis mysterium*, sint clara; & verba Eugenij IV. *Sacramenta veteris Legis solum figurabant gratiam dandam per Christum*, sint generalia, eoque obscura; sic interpretanda sunt, ut non inferatur Circumcisionem nihil omnino aliud fecisse, quam figurare gratiam dandam per Christum; quippe sic falsum foret, quod per illam originalis culpa remissa sit, quod Innoc. in terminis docet, tamquam fundamentum, ex quo infert Baptismum in parvulis remittere peccatum originale; quia nimirum successit Circumcisioni, quæ ejusmodi effectum habebat.

Quod si dicas, definitiones quidem Pontificum esse de fide, non autem rationes earum: Respondeo hoc ita quidem esse (ut supra dixi) sed tamen esse magnæ auctoritatis. Deinde addo Innocentium videri doctrinam illam adferre non solum per accidens, tanquam fundamentum intenti præcipui; sed etiam ex proposito; valde enim discretè agit Pontifex de Circumcisione; quo modo non agit Eugenius de Sacramentis veteris Legis, de quibus non erat controversia inter Latinos & Græcos, vel Armenos; porro non omnia, quæ in decretalibus Pontificum habentur, sunt de fide, sed ea solum quæ Pontifices ex proposito definiunt.

Tertia responsio sit Lugonis disp. 5. sect. 3. n. 40. Circumcisionem quidem ex sua institutione nullam vim habuisse justificandi, vel tollendi peccatum originale, sed solum fuisse datam in signum & characterem populi Judaici ac fidelis; regulariter tamen justificasse parvulos; quia remedium Legis naturæ, quod applicari debebat aliquo signo externo protestativo fidei internæ de Christo venturo, regulariter applicabatur per ipsam Circumcisionem, ut unâ & eadem actione duplici præcepto satisfaceret.

Et hæc viâ hic Auctor PP. & Concilia in speciem pugnancia in concordiam addu-

Maximè cum nostra sententia non favet hæreticis,

67. Mirum, quosdam moveri obsecrâ locutione Eugenij contra sententiam nostram; relicta clarior Innocentij III. pro nota.

68.

69. Responsio tertia Lugonis,

Quæ PP. & Concilia constanter reconciliare,

Non satisfacit.

adducere conatur; sed frustra: nam (ut ipse fatetur n. 52.) D. Aug. aliquid plus voluit; etenim (ut vidimus) colligit efficaciam Circumcisionis ex illo loco Gen. 17. *Masculus, cuius prapuij caro &c.* Similiter Innoc. ubi tamen prin. d. instituta fuit & præcepta Circumcisionis; ergo ex institutione sua secundum August. & Innoc. non solum est signum foederis, sed etiam remedium peccati originalis; adeoque justificativa, etiam formaliter sumpta, non præcisè in quantum erat veteris Legis, sive professio & iunctura illius; sed potius in quantum erat remedium Legis naturæ, determinatum à Deo & specialiter præceptum Abrahamo pro omnibus masculis, qui erant de eius familia. Ita Scot. 4. dist. 1. q. 6. n. 2. ibi: *Quòd autem Deus voluit illud (remedium originalis peccati) instituere ante legem Moysi. arguit, quòd non sit remedium præcisè huiusmodi legis: sed nec lex illud evacuavit, sed confirmavit.*

Scotus.

70.
Responso
quarta ex
eodem, quòd
Circumcisio
potius dicenda sit
conditio sine qua non,
quam causa
moralis gratiæ.
1. Cor. 4a

Quartam responsonem reperio apud Cord. supra sect. 4. n. 61. ubi docet Circumcisionem & aliud remedium Legis naturæ posse dici conditiones potius, quam causas morales gratiæ; quippe non erant actiones Christi, quemadmodum Sacramenta novæ Legis, teste Apostolo 1. Cor. 4. v. 1 *Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei:* & ideo Sacramenta nostra vocantur burse plenæ; quia continent valorem meritum Christi.

Porro Circumcisio, quandoquidem Christus nondum ministros suos instituerat, erat mera conditio, quæ posita movebatur Deus ad dandam gratiam, non propter Circumcisionem; sed propter suam promissionem & propter merita Christi futura, quæ erant causa moralis illius gratiæ. Sicut (inquit Lugo supra) galli cantus, quando Dominus præcepit famulo dare pecuniam Petro, quoties gallus cantat, non est causa moralis; sed conditio, quæ posita, præceptum domini movet servum ad dandam pecuniam.

Diversimodè evellitur.

Sed contra Primò: Non omnis actio Christi est causa moralis gratiæ, ut patet in Sacrificio. Secundò: non omne Sacramentum novæ Legis est actio Christi, id est, secundum Lugo supra, actio facta à ministro immediato, tanquam à ministro Christi, & per quem Christus loquitur & operatur: nam in matrimonio v. g. ministri sunt qui contrahunt, & non contrahunt in persona Christi, nec per illos dicitur Christus contrahere; sed Christus est, qui posuit hanc vim in illo contractu appli-

cando ibi merita sua & potestatem, quam habuit instituendi Sacramenta cum ea efficacia saltem morali; quæ applicatione facta, movetur Deus ad dandam infallibiliter gratiam. Si autem in hoc sensu velis esse actionem Christi, quidni & Circumcisio talis sit? Sicut enim Deus ex meritis Christi jam exhibitis movetur in Baptismo ad dandam gratiam; sic movebatur ex meritis prævisis, & exhibendis ad dandam gratiam in Circumcisione per quam applicabantur, sicut merita exhibita per Baptismum. Et sanè sicut Christus in nova Lege instituit ministros suos, per quos à Deo quasi petit & impetrat gratiam sacramentalem; ita tunc Deus instituit ministros Christi prævisi, qui per fidem in ipsum venturum propter merita futura peterent & impetrarent gratiam Circumcisionis.

Adde, quòd de facto Baptismus & Eucharistia ante passionem Christi, per quam tamen meritum ejus consummatum fuit, habuerint effectum gratiæ. Nihil simile invenitur in galli cantu respectu pecuniæ dandæ ex præcepto Domini. Ita ferè Dicastillo tr. & 1. de Sacramentis in genere disp. 2. dub. 13 à numero 393. usque ad 402. ubi latius refutat illam doctrinam Lugonis.

Quidquid sit de nomine, de re ipse Cardinalis disp. 3. sect. 2. n. 55. fatetur remedium Legis naturæ habuisse ex Lege Dei certum & infallibilem effectum justificandi parvulum; nam (inquit) frequenter Sancti Patres appellant illud nomine Sacramenti; Sacramentum autem esse non potest, quod ex institutione divina non habet significare suum effectum sacramentalem, & per consequens infallibiliter, nisi ad sit obex. Si significat effectum suum sacramentalem; ergo & ipsum est causa sacramentalis, & non solum conditio. Si remedium Legis naturæ; ergo etiam Circumcisio (saltem materialiter sumpta) cum & hæc sæpius ab Aug. in locis supra citatis expressissimè vocetur Sacramentum.

Et hinc Lugo supra n. 26. rejicit hanc responsonem; inquit: Concilium Florentinum non solum exclusit omnem causalitatem physicam & moralem ab illis Sacramentis; sed omnem etiam prorsus utilitatem, seu modum conducendi ad gratiam; hoc enim sonant illa verba, quòd *solum figurabant gratiam postea dandam per Christi passionem.*

Alibi etiam docet illa Sacramenta posse in latiori significatione appellari causas morales;

Sect. 2. De Sacrament. Institutione. Concl. 6. 37

morales; nam illorum positioni tribuitur effectus, & ab illis dicitur causari: quod sufficit ad hoc ut Circumcisio dicatur causare gratiam ex opere operato, siue iam illud opus operatum dicatur conditio, siue causa moralis latè dicta, siue strictè dicta, ad quas appellationes non est verosimile Concilia attendisse.

Hactenus ad Scripturam, Patres & Concilia. Ex ratione.

Obijctur 4. Remedium originalis peccati, sicut cætera salutis media, debet esse commune masculis & fœminis; Circumcisio autem fuit pro solis masculis. Secundò: remedium peccati originalis non erat fas differri in octavum diem, quia multi parvuli erant morituri ante octavum diem; atqui Circumcisio differebatur in octavum diem. Tertiò: Circumcisio fuit omiſsa in deserto 40. annis, ut habetur Josue 5. atqui non est verosimile Moysen permissurum fuisse, ut tanto tempore remedium labis originalis differretur; ergo signum nudum fuit distinctivum gentis istius à cæteris; quo proinde non sunt usi in deserto, quando non poterant cum reliquis gentibus misceri, donec transirent Jordanem.

Respondet: Ijs, quibus non erat adhibenda Circumcisio, fuit adhibitum aliud remedium legis naturæ. Quòd autem Circumcisio fuerit omiſsa in deserto, ratio fuit non ea, quæ tangitur in objectione, nam Circumcisio occulta erat; adeoque potuissent faciliùs distingui per vestem, aut aliud signum forissecus apparens, & secundùm eam rationem non debuissent etiam circumcidere in terra promissionis; quia præceptum erat eis Exodi 34. Josue 23. & alibi, ne paterentur secum habitare gentes, nempe in locis & civitatibus, quas ipsi possiderent.

Vera ergo ratio fuit, periculum, quod imminebat circumcisus ex professione usque ad 4. diem; quia 3. post die dolor vulneris ingravescebat, ut dicitur Gen. 34. erant porro Hebræi in deserto continuo incerti de mansione vel professione ad Deum, qui nubis motu indicabatur Exod. 40. Nihilominus postea fuerunt circumcisi, ut habetur Josue 5. non ut justificarentur; sed ut implerent præceptum divinum Circumcisionis.

Et sanè omnia media salutis non debere esse communia, manifestum est ex lege nova: nam Sacramentum Ordinis, quod est medium salutis, licet non necessarium, institutum est pro solis masculis. Nil ergo mirum, si etiam in lege veteri fuerit medium salutis solis viris proprium; neque

enim erat medium omnibus necessarium; sed illis tantummodò, pro quibus erat institutum, alijs Deo providente per aliud remedium legis naturæ.

Si obijcias: Ergo meliùs fuit consultum parvulis antiquæ legis quàm novæ, quia in defectum Circumcisionis poterant uti remedio naturæ. Respondeo, remedium nunc esse utilius & facilius, oportebat autem tunc ita institui Circumcisionem, quia hæc sæpe non poterat adhiberi. Sic tamen quòd etiam adultis aliquo sensu Circumcisio esset necessaria necessitate medij; quia videlicet nemo fuerit justificatus sine obligatione directà ad illam, sicut nec modò sine obligatione consimili ad Baptismum.

Petes an ergo Circumcisio fuerit utilis etiam adultis? Respondeo affirmativè, saltem ad remissionem originalis. Videtur esse D. Aug. lib. 2. de Nuptijs & concupiscentijs cap. 11. ibi: *Ex quo enim instituta est Circumcisio in populo Dei, quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei ad significationem (aliàs sanctificationem) purgationis valebat & parvulis originalis, veterisq; peccati, sicut & Baptismus ex illo valere cepit ad innovationem hominis ex quo institutus est.* Innocentius quoque capite Maiores de Baptismo comparat Circumcisionem Baptismo quoad generalitatem effectus: *Sicut enim (inquit) sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat: Anima, cujus præputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo; ita nunc indistinctè vox insonat Evangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei.*

Et hæc opinio apparet esse Scoti 4. dist. 1. quæst. 6. n. 11. vide supra in responsione ad secundam objectionem. Ubi etiam insinuat fortè non contulisse augmentum gratiæ; quare signanter in responsione dixi, *saltem ad remissionem originalis.* Et ratio esse potest imperfectio illius status, & excellentia Sacramentorum novæ legis, quibus hæc efficacia servabatur.

Contrariam sententiam post Suarium & alios tenet Lugo disp. 5. sect. 4. n. 73. Probat primò ex Scriptura ad Rom. 4. Ubi Apostolus dicit Abrahamum non fuisse justificatum in Circumcisione, sed ex fide. Responſionem invenies apud Scotum supra; ad summum ex illo loco ostenditur non contulisse augmentum, quod libenter admittimus.

Probat secundò ratione: quia in statu legis naturæ aut scriptæ non debemus ponere collationem gratiæ ex opere operato absque urgenti necessitate. Respondeo:

E 3

necessitas

72.
Objectiones principales ex ratione

Solvuntur.

73.
Circumcisio fuit utilis adultis, saltem ad remissionem originalis. Videtur esse D. August.

Et Innocentij.

Apparet quoque esse Scoti.

74.
Contraria sententia est Suarii & aliorum, etiam Lugonis, qui eam probat primò ex Apostolo ad Romanos 4.

Probat secundò: quia non debet poni talis efficacia sine necessitate.

Remedium legis naturæ non fuit utile adultis, sed necessaria fuit formalis dilectio vel contritio.

Scotus.

necessitas hinc est auctoritas Scripturæ, Aug. & Innoc. attamen pro sola Circumcisione ut collativa primæ gratiæ. Quapropter asserimus aliud remedium legis naturæ, uti non necessarium, ita neque utile fuisse adultis: sed sufficiebat illis, & necessaria erat, formalis dilectio aut contritio; quidquid in contrarium videatur sensisse D. Grego. supra citatus, ut ipsum intelligit Scotus 4. dist. 1. q. 7. n. 3. ibi: *Secundum autem, scilicet fidem cum sacrificijs pro adultis fuisse necessariam posuit.* Ubi n. 4. indicat fortassis illud sacrificium fuisse Sacramentum: *Possibile (inquit) est, quod aliquod determinatum sacrificium foret Sacramentum; non est enim contra rationem sacrificij, quod ipsum vel oblatio eius sit Sacramentum.*

75.

Voluit autem Deus majorem efficaciam annexere Circumcisioni, tum quia præcepta; tum ob perfectionem majorem legis veteris, ad quam homines disponebat; reservando interim completam efficaciam, id est, collationem primæ gratiæ & aug-

menti ejus, legi novæ, in qua, ut ostendetur in sæculis supervenientibus abundantes divitiis gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu, non unum tantum Sacramentum remissivum peccati originalis, quemadmodum in lege naturæ & veteri (nam plura agnoscere, si non hæreticum propter definitionem Florentini, saltem temerarium est) sed septem instituit signa efficacissima ex opere operato omnis gratiæ & gloriæ.

Ad quorum proinde exactam cognitionem, tum in communi, tum in particulari, accedimus, omisso Sacramentis antiquæ legis, quæ multa fuerunt (inquit Scotus 4. dist. 1. q. 6. n. 10.) scilicet purgationes ab immunditijs contractis secundum legem, oblationes hostiarum &c. pro tunc quidem efficacia gratiæ legalis, nunc autem lege veteri cessante, prorsus inutilia, imò mortifera. His itaque omisso, pro materia & forma Sacramentorum novæ legis ponitur

Scotus.

SECTIO TERTIA.

De Materia & Forma Sacramentorum Novæ Legis,

1. Compositum artificiale & morale habent respectivè suam materiam & formam, & quidem ordinariè duplicem.

Quemadmodum corpus seu compositum naturale essentialiter constituitur materiâ & formâ naturali; ita compositum artificiale & morale suam respectivè habent materiam & formam; & quidem ordinariè duplicem. Sic in sede lignea v. g. lignum habet suam propriam materiam & formam, quæ simul sumpta sunt materia proxima sedis, cui accedit alia forma, scilicet figura ad sedem requisita. Similiter in moneta area est compositio ex ære & sigillo, à qua habet valorem; & reperitur compositio in ipso ære ex materia & forma ejus substantiali. Idem videre est in hac propositione: Petrus est albus; ubi subjectum & prædicatum se habent inter se ut materia & forma; nam prædicatum determinat subjectum ad certum conceptum; & tamen utrumque respectu significationis totius orationis habet se ut materia, super quam cadit tota significatio.

2. Hæc duplicem compositionem in signo Sacramentali, exprimit Scotus.

Porò hanc duplicem compositionem seu materiam & formam in signo, sive composito Sacramentali exprimit Scotus 4. dist. 3. q. 2. n. 3. ibi: *Advertendum est, quod propriè loquendo de formâ, prout est altera*

pars compositi, forma Sacramenti est ipsa relatio signi, quæ formaliter est tale Sacramentum; & materia est totum fundamentum ipsius relationis. Ecce prima compositio ex Sacramento & Sacramentalitate, sive ex signo & significatione, de qua in præsentibus non agimus; quia ab omnibus admittitur. Equidem controvertitur, an sit duplex significatio partialis, altera in materia, altera in forma; an verò unica & indivisibilis tenens se ex parte utriusque? Duplicem asserit Suarez disp. 2. sect. 1. Unicam verò Vasq. disp. 129. cap. 2. n. 20. & sequentibus, quem sequitur Lugo disp. 2. n. 42. Vide Auctores citatos, quia res non meretur longiorem discussionem.

Prosequitur Doctor Subtilis: *Veritàatem si in fundamento isto sint plura, ex quibus aliquo modo fit unum Sacramentum, quæ non æqualiter se habent, sed alterum sit quasi prævium & determinabile; alterum quasi posterius & determinatio præcedentis; primum potest dici quasi materia per quamdam similitudinem ad materiam, & alterum forma: materia enim est præcedere secundum originem & determinari: forma autem sequi & determinare. Similiter illud, quod principalis & actualius,*

An duplex sit significatio partialis, controvertunt Auctores;